Cum ergo Cristus, patronus noster,^c sit quocunque patrono suo privato infinitum perfeccior²⁷ et infundebat gratiam cuicunque, quem ad statum esse cristiani acceperat, ad regulam digniorem et alia carismata tribuit digniora seu²⁸ meliora, quam potest patronus privatus istorum ordinum, — videtur, quod ordo Cristi in gradu¹⁰ infinitum perfecciori cristianum²⁹ instituit, quem³⁰ ut sic instituit aliquis³¹ ordo fratrum. Sicut enim se habet magnitudo superficiei ad magnitudinem linee, sic perfeccio ordinis cristiani ad perfeccionem ordinum privatorum.

Et hic rutilat fratrum blasphemia, qui sompnant, quod Cristus¹⁵ pepigit cum eis,³² quod³³ si in ordinem suum quis intraverit, Cristus dabit sibi gratiam ampliorem et faciet, ut sit disposicior³⁴ de tanto ad sibi moraliter serviendum. Non enim recollo de blasphemia ficta falsius et infundabilius in scriptura, cum Cristus istum statum fratrum tam diu nimis invade³⁵ expectaret. Et patet ex isto³⁶ 20 blasphemia preconizata hodie de istis privatis ordinibus, quod eo ipso, quo quis aliquem istorum³⁷ ingreditur, est absolutus de quocunque crimine, quod comisit.

Idem enim foret blasphemiam istam asserere et Cristum ordini fratrum subicere, cum in ordinem apostolicum³⁸ recepit³⁹ Scarioth²⁵

^c in contradistinction from the patroni of the Four Orders, cp. for instance above p. 22; 64; 139

²⁴ disposuit not clear in CD ²⁵ fuit CDβ ista (cr. out & ud.) fuit E
²⁶ omnino CDβ omne E ²⁷ in D is add. in mar.: Patronus Cristus noster perfeccior quocunque privato patrono D¹ ²⁸ digniora seu E om. CDβ ²⁹ crist. CDβ gradu (cr. out & ud.) crist. E ³⁰ quem CDβ quam E ³¹ aliquis CDβ laius E
³² pep. e. e. E, C transposed by marks c. pep. e. β, (originally in) C pep. e. D ³³ quod CDβ om. E ³⁴ sit disposicior CDβ sic disposicionem E
³⁵ here begins in β a new hand which, on the whole, is similar to the old one, differing from it merely in the ductus of a few letters ³⁶ isto CDβ ista E ³⁷ istorum CE illorum Dβ ³⁸ apost. CDβ istum ap. E ³⁹ recepit CEβ receperit D

peccato⁴⁰ finalis impenitencie viciatum. Numquid⁴¹ credimus solum predestinatos ordinem fratrum intrare? Certus sum quidem ex fide, quod tunc eciam⁴² habitus corporalis vel ritus, quem ipsi observant, est impertinens tali fratri, nec scit aliquis, utrum in toto
5 ordine suo sit aliquis talis frater, et ecclesia militans foret plena illusionibus et mendaciis horum fratrum.

CAP. II.¹

|| Sed ut materia ista sit nocior et fundacio modo loquendi C fol. 149^b
stabilior, suppono, quod ordo vel status ad propositum accipiatur pro dispositione active² serviendi³ deo personis pluribus limitata.
10 Sic enim dicitur, quod dampnati sine ordine puniuntur. Et religio est obligacio,⁴ qua mediate persone in tali statu vel ordine religantur.^a Religio autem privata est religio, preter religionem domini, expressam⁵ in ewangelio, adinventam⁶ et ista privatur laudacione,⁷ fundacione laudabili,^b cum Paulus ipsam respuit ut peccatum,
15 ut patet I Cor. 1 et 3.^{8c} Et sic omnis privata religio sapit ut sic imperfectionem et peccatum, quo homo indisponitur ad libere deo serviendum.^d

Unde cuncti patroni istorum ordinum ut sic peccaverant, licet

CAP. II. ^a *W. here follows the etymology of Lactantius, Inst. II, 28: nomen religionis a vinculo pietatis deductum est, quod hominem sibi deus reliquit et pietate obstrinxit; cp. also Cicero, De Nat. Deor. II, 28*
^b *cp. below De Relig. priv. I cap. I commencement. This passage was considered heretical in a letter of the University of Oxford addressed to the Archbishop of Canterbury in 1412, cp. Wilkins, Conc. M. Brit. (edition of 1737) III, 344* ^c *I Cor. 10—13; 3, 4—6* ^d *this passages also was looked upon as heretical, cp. Wilkins, ibid.*

⁴⁰ peccato CE, β^1 in mar. preco D precio β ⁴¹ numquid $CDE\beta$ nec E^1
in mar. ⁴² eciam $C\beta, E^1$ in mar. om. ED

CAP. II. ¹ Cap^m 2^m D, C in mar. 2 E^2 om. β ² active $CD\beta$ activa E
³ in β is add. in mar.: Ordo quid est β^1 in D : Ordo vel status D^1 ⁴ in β
is add. in mar.: Religio quid est β^1 in D is add. above the col.: Religio privata
quid est et quid sapit D^1 ⁵ expressam D expressa $CE\beta$ ⁶ adinventam $CD\beta$
adventa E ⁷ laudacione $CD\beta$ om. EF ⁸ 1 & 3 $D\beta$ 1 & 2^o C 2 & 3^o EF

sti ordines faciant occasionaliter multa bona^e; nec repugnat, quod multe persone istorum ordinum, que prius graviter peccaverunt,⁹ ex dei gracia et contricione salutem et beatitudinem postmodum consequantur,¹⁰ manent tamen ut in¹¹ istis ordinibus illibertati¹² et indispositi ad promerendum, sicut viri apostolici in ordine cristiano simplici fundati,¹³ licet¹⁴ tales pedice adinvente prosint¹⁵ per accidens ad peccata aliqua precavenda, sic, quod tales adinventiones in aliquo excedunt lapsum a religione simplici¹⁶ cristiana. Et in aliquo lapsus ille est prestancior vel minus¹⁷ malus quam religiones huiusmodi adinvente. Et si allegentur patroni moderni, qui et¹⁰ sancte vixerunt et modo canonizantur, tamquam in triumphante ecclesia membra ecclesie nobilia et beata, dicitur probabiliter ut sepe superius,^f quod isti canonizati longe aliter vixerunt in ordine simplici cristiano, quam vivunt hodie filii eorum ab eis degenerantes, qui sunt cum¹⁸ signis sensibilibus desponsati. 15

Unde Benedictus¹⁹ precipuus inter monachos dicit, quod ordo eorum est idem in numero cum sanctis, qui erant in Ierusalem, quibus apostolus²⁰ a deo suffragatur.^g Et²¹ quoad canonicos dicit Petrus Comestor,^h quod ordo canonicorum est idem cum eorundem

^e cp. Wilkins, *ibid.* III, 344 ^f with reference to this, cp. a similar idea above *Denova Praev. Mand.* p. 144; also p. 304 ^g cp. Act. 1, 24—26 ^h Petrus Comestor is the author of the *Historia Scolastica* (printed in Paris 1513), an abridgement of the Bible History from the creation down to the end of the Acts of the Apostles, and very popular in the Middle Ages. De Lyra very frequently quotes from the book. It was very much used in the great theological schools of the time like the *Sentences* of Petrus Lombardus. Petrus Comestor was a priest, later a dean of Troyes in the twelfth century, in 1164 chancellor of the University of Paris and is said to have written his *Historia* in the year 1171, 'at the urgent entreaty of many friends in

⁹ peccaverunt CDβ peccaverant Eβ¹ (from corr. unt) ¹⁰ consequantur CDE consequatur β ¹¹ in CDβ sic in E ¹² illibertati CD illibati β, but in mar. illiberati β¹ illi beati (?) E ¹³ fundati C (?), E¹ in mar. om. EβD ¹⁴ licet CDβ sed tales (cr. out & ud.) sed E ¹⁵ prosint CDβ prosunt E ¹⁶ simplici CDβ, E¹ in mar. om. E ¹⁷ minus CDβ unus E ¹⁸ cum CE de (cr. out & ud.) D quasi cr. out, above it by the texthand cum β ¹⁹ Benedictus CEβ Bernhardus D ²⁰ apostolus CEβ a populis (? apostolis) D ²¹ here in β the old hand sets in again, cp. cap. I n. 35

sanctorum Ierusalem, et sic variacio in vestibus vel aliis ritibus sensibilibus non fecit substancialem differenciam in ordine quoad illos. Et sic omnes monachi ac²² canonici, albi vel nigri,^k dicebantur²³ eiusdem ordinis simplicis cristiani, sic quod non fuerunt²⁴ cum signis sensibilibus tamquam substanciali differencia ordinis desponsati, quia sic ordines alborum monachorum et nigrorum differrent²⁵ specificice, et sic quotquot monachi sive canonici albi vel nigri laudabiliter hic vixerunt, signa talia sensibilia preter suum ordinem tamquam adventicia decreverunt.

10 Et sic debet esse de cunctis fratribus cum vocatis religiosis possessionatis, cum secularibus de ordine simplici cristiano. Nichil enim blasphemius quam imponere deo, quod sit aliquid²⁶ latentis numinis²⁷ in istis signis sensibilibus modo, quo hodie sompniantur, ideo nichil istis privatis ordinibus et sanctis patronis²⁸ prioribus, 15 qui aliquid consuetudinis hodiernae accidentaliter servaverint,²⁹ quod ordo privatus habeat.³⁰

Limitando ergo illos novellos ordines ad sensum expositum, videtur luce clarius, quod³¹ infinitum sit cristiana || religio peffecior, || *C fol. 150^a* quam sint ille, cum sub non gradu sint religiones iste intelligendo 20 simpliciter negative.

Probatur sic: quilibet intrans³² religionem cristianam ut sic

order to elucidate the too brief and obscure narrative of Holy Scripture. At last, he retired into the monastery of St. Victor, where he died in 1179 leaving all his property to the poor. On his tomb the following inscription is said to have been written;

Petrus eram, quem Petra tegit, dictusque Comestor

Nunc comedor. Vivus docui, nec cesso docere

Mortuus, ut dicat, qui me videt intumultatum:

Quod sumus, iste fuit; erimus quandoque, quod hic est.

He is the 'Mangiadore' of Dante, Parad. XII, 134 ^k i. e. Franciscans and Dominicans

²² ac *CE* atque *Dβ* ²³ dicebantur *CDβ*, in *E* is add. bantur in mar., referring to dice of the text ²⁴ fuerunt *CDβ* fuerint *E* ²⁵ different *CDβ* differunt *E* ²⁶ aliquid *CDβ* (?) aliud *E* ²⁷ numinis *C¹ F¹* in mar. minimis *EFβ*, in *C* there is a blank space minis (? nimis) *D* ²⁸ patr. *CDβ* privatis patr. *E* ²⁹ servaverint *CE* servaverit *Dβ* ³⁰ quod or. pr. h. *C, E¹* in mar. om. *EDβ* ³¹ quod *CDβ, E¹* in mar. om. *E* ³² intrans *CEβ* intrando *D*

vestitur gradu,³³ sed quilibet religiosus talis privati ordinis ut intrans³⁴ illum infinitum³⁵ indisponitur, quoad bonum gracie sic cepti, sic quod infinitum distat in dispositione sua operativa,³⁶ quam habet ut talis ordinis a dispositione, quam habet fidelis ut proprie cristianus. Nam ut sic habet fidem catholice³⁷ informatam. 5 Ideo secundum Augustinum et Chrysostomum multi sunt³⁸ false et nominetenus³⁹ solummodo cristiani, cum non sunt⁴⁰ proprie cristiani, nisi imitantur Cristum in moribus et in vita. Et idem sciendum est de membris sancte matris ecclesie, ut docet Augustinus de⁴¹ Doctrina Cristiana lib.⁴² III de septem regulis Tygonii, dicens,⁴³ 10 quod⁴³ presciti numquam fuerunt⁴⁴ membra corporis domini, quod est sancta mater ecclesia. Ipsa enim per signum nobis incognitum ut graciā predestinantis,⁴⁵ que est caritas, que non potest excidere, et vestis nupcialis, per quam intratur ad⁴⁶ patriam, distinguitur ab ecclesia malignancium. 15

Sic enim loquebantur sancti et scioli de ecclesia sponsa Cristi. Non enim prescencia dei eterna permittit, quod fiat divorcium inter Cristum et ecclesiam, sponsam suam, cum eternaliter elegit atque disposuit,⁴⁷ cum quibus membris voluit desponsari, et illa membra elegit ante mundi constitutionem, ut dicunt Petrus et 20

¹ cp. Augustin. Opp. P. I tom. III De Doctr. christ. cap. XXXI, p. 58: quia non solum in aeternum, verum etiam nunc hypocritae non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia; cap. XXXVII p. 63: in ista novissima (i. e. regula) aliquando in diabolum dicitur, quod non ipso, sed potius in eius corpore possit agnosci, quod habet non solum in eis, qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam, qui cum ad ipsum pertineant, tamen ad tempus miscentur ecclesiae, donec unusquisque de hac vita exeat vel a frumento palea ventilabro ultimo separetur, cp. Luke 3, 17

³³ gradu $CD\beta$ gradu E (du ud. and above gra a compendium by E^1 , therefore) gracia E^1 ³⁴ int. $CD\beta$ sic int. E ³⁵ infinitum $CD\beta$ infinite E ³⁶ operativa CE optima $D\beta$ ³⁷ catholice $C(?)$, $DE\beta$ caritate E^1 in mar. ³⁸ sunt $CD\beta$ sunt sunt E ³⁹ nominetenus $CD\beta$ nominotenus E ⁴⁰ sunt $CD\beta$ sint E ⁴¹ de C ³⁰ de $E\beta D$ ⁴² libro $CD\beta$ capitulo E ⁴³ quod $CE\beta$ quoniam D quando D^1 in mar. ⁴⁴ fuerunt $C\beta$ fuerint DE ⁴⁵ predestinantis C predestinacionis $E\beta$ predestinatis D ⁴⁶ ad $CD\beta$ in E ⁴⁷ disposuit in E corr. from disponit by E^1

Paulus^m et per consequens divinitus eleccione, que cassari non poterit et finiri,⁴⁸ sicut predestinacio non potest interimi.

Si autem coacti sunt homines per anticristum concedere, quod quicumque prelati ecclesie, qui de facto sub⁴⁹ ecclesia malignancium sunt, sancta mater ecclesia, sponsa Cristi, equivocatur⁵⁰ infideliter in fide,⁵¹ et per idem anticristus posset cogere homines totaliter a fide Cristi excidere.⁵² Verum est enim, quod Cristus elegit humanitus, sed non divinitus tanquam apostolum dyabolum illum Scarioth, ut dicit ewangelium Iohannisⁿ: nonne duodecim
 10 vos elegi, et unus ex vobis dyabolus est. Sed iste Scarioth, qui non eligebatur divinitus neque⁵³ humanitus, ut sit membrum sancte matris ecclesie, semper non habuit gratiam predestinacionis, que est caracter, quo oportet omnia membra sancte matris ecclesie insigniri. Et patet conclusio supradicta.

15 Et hic erubescerent nostri privati ordines blasphemantes, quod eo ipso, quo quis ingreditur⁵⁴ eorum ordinem,⁵⁵ vestitur corporali⁵⁶ habitu, quem taliter solempnizant, deleretur⁵⁷ omne peccatum suum preteritum⁵⁸ et nova gracia informatur. Hoc enim non contingit regulariter de statu apostolico, ut patet de Scarioth. Unde anti-
 20 cristus in hoc extollitur false super Cristum, cum non plus propter inducionem⁵⁹ sui corporalis habitus sit istud miraculum, quam si quis indueret arma vel habitum militarem. Status enim militaris est statu istorum privatorum ordinum plus laudabilis ex scriptura,^o verum tamen eo ipso, quo quis accipit statum sacerdocii sive epi-
 25 scopatus aut ordinis militaris, oportet dominum⁶⁰ ipsum tali miraculo illustrare.

^m cp. Rom. 8, 29—30 ⁿ cp. John 6, 70 ^o vgl. Trial. 364:
 patet, quod ordo militaris sit hoc ordine fratrum mendicantium excel-
 lentior, longe perfectior atque prior

⁴⁸ finiri in E nearly illegible ⁴⁹ sub C sunt DEβ ⁵⁰ equivocatur CDβ
 equivocantur E ⁵¹ in D is add. in mar.: Nota bene, ecclesia malignancium
 sunt(?) sancta mater ecclesia, sponsa Cristi, infideliter D⁹ ⁵² excidere CDβ
 excedere E ⁵³ neque CDβ nec E ⁵⁴ ingr. CE eorum ing. Dβ ⁵⁵ eorum
 ordinem E om. CDβ ⁵⁶ corporali CDβ corpali E ⁵⁷ deleretur C deletur
 DEβ ⁵⁸ preteritum in E not quite clear (patratum?) ⁵⁹ inducionem C in-
 duicionem E inducionem Dβ ⁶⁰ dominum C deum E domini D,β (?)

Et si obicitur, quod talis prelatus ecclesie debet membrum ecclesie reputari, cum Ioseph secundum ewangelium fuit pater domini putativus,^p dicitur, quod obiectus iste implicat, talem prelatum cesareum esse false membrum ecclesie reputandum. — Quod⁶¹ cum
 C fol. 150b || sit falsum eo, quod debet credi operibus, quibus sacerdos sequitur 5 dominum Iesum Cristum, videtur michi, quod peccatum est, reputare talem caput particularis ecclesie vel membrum sancte matris ecclesie, nisi forte equivocetur, quod sit membrum ecclesie⁶² malignancium.

Et quantum ad istud dictum allegatum de Ioseph certum 10 est,⁶³ quod fuit pater putativus Cristi, ut dicit ewangelium,^p et non secundum falsam reputationem, sed secundum curam et denominationem, qua spiritus sanctus denominat ipsum patrem.

CAP. III.¹

Ex istis dictis potest colligi, si vera sunt, que narrantur² de istis duobus papis,^a qui concedunt viriliter defendentibus partem 15 suam, quod religio, quam ipsi in hoc instituunt, excedit in bonitate religionem Cristi et religiones quascunque privatas per novos patronos post religionem Cristi in ecclesiam introductas. Dicitur enim, quod uterque istorum paparum concedit suis militibus plenam absolucionem a pena et a culpa,^b et quod quicumque aliquem virum 20 quantumcunque ecclesiasticum impedierit,^c papa³ ipsum excommunicat eo ipso. Et de quibuscunque regnis licet curato percipere fructus sui beneficii ex integro, ac si frater ille ewangelice resideret.

Nec dubium, quin, si hoc sit verum, a mundi exordio non 25 fuit maius seminarium discordie et bellorum.

^p cp. Luke 3, 23: *Jesus erat — ut putabatur, filius Joseph etc.*

CAP. III. ^a *Clement VII. and Urban VI.* ^b cp. *Walsingham, H. A. II, 72—73* ^c cp. *Wilkins, Conc. M. Br. III, 177—178, Walsingham II, 75*

⁶¹ obiect.—reput. quod CDEβ, F¹ in mar. om. E ⁶² nisi f.—ecclesie CDEβ, F¹ in mar. om. F ⁶³ est CDβ, E¹ in mar. om. E

CAP. III. ¹ Cap. 3^m C 3 E² cap. III D om. β ² narrantur CEβ variantur D ³ papa Dβ papam CE

Fratres autem et doctores precipue ex consensu suorum ordinum istam blasphemiam populo preconisant.

Ex istis videtur primo probabiliter inferendum, quod quilibet homo de ecclesia nostra occidua habet bullatam licenciam ad fratrem suum corporaliter occidendum.⁴ Probatur sic: multi sunt in regnis occiduis, quorum quidam uni illorum paparum consenciant atque favent et aliqui reliquo,⁵ ut experientia manifestat, sed quemcunque talem licet sic occidere et mereri beatitudinem, ut contrarie licencie istud dicunt, ergo conclusio.⁶

10 Sicut enim licet episcopo Norvicensi^d invadere regnum Francie et alia⁷ quecunque Urbano nostro⁸ contraria et hoc sub obtentu beatitudinis, sic dicitur cuidam prelato de Scotia esse concessam potenciam ampliorem, invadere regnum nostrum et quamcunque⁹ personam, que tenuerit cum Urbano.^e

15 Secundo videtur ex bullis hiis putridis tam false contrariis sibi ipsis, quod quilibet in cristianismo nostro habitans tenetur sub pena dampnacionis occidere fratrem suum. Illi enim, qui habent corporalem potenciam tenentur, velle sic invadere aliquem fratrem suum, cum aliter exciderent a spirituali suffragio repromisso,¹⁰ quod
20 foret delictum maximum omissionis, ut patet ex dictis bullis, facilliter inferendum. Et cum iuxta beatum Iohannem omnis, qui odit fratrem suum, homicida est,^f patet ex bullis predictis, quomodo¹¹ quilibet de cristianismo¹² nostro tenetur occidere fratrem suum.

^a By a papal bull (cp. Walsingham II, 72 ff.) Henry Le Spenser, Bishop of Norwich had been put at the head of the Crusaders, who fought against Clement VII., cp. Knighton, X Script. 2672 ^e So far I can discover, a notice explaining this is not to be found in the contemporary chronicles. Walsingham, Knighton and the Ypodigma Neustriae speak only of political complications which had taken place between Richard II. and Scotland ^f cp. I John 3, 15

⁴ occidendum CDβ occidendo E ⁵ reliquo CDβ aliquo E ⁶ ergo conclusio CDβ igitur consequencia vera E ⁷ alia Dβ aliam CE ⁸ nostro Dβ nostra CE ⁹ quamecunque DEβ quantumcunque C ¹⁰ repromisso CEβ repromissio D ¹¹ quomodo DEβ quod (ud.) C, then quom. after quilibet, but transposed by marks into its right place ¹² cristianismo CDβ cristianissimo E

Tenetur enim odire quemcunque, qui est contrarius pape suo, et multi sunt tales fratres in mundo. Ergo conclusio.

Nec dubium, quin deus non potest copulatim licenciam talem expressam¹³ in bullis concedere, cum alter illorum vel uterque licenciat¹⁴ satis implicite hominem alteri invidere. Unde numquam ex lege nova vel veteri fundari potest, quod quicumque homines, eciam episcopi, tantum mereantur ad fratres suos in natura taliter occidendo, cum Cristus rogavit¹⁵ hostes suos, quia, si ipsum

¶ C fol. 15^{ra} querent, sinerent¹⁶ hos || abire,¹⁷ Ioh. 18.^g

Isti ergo¹⁸ pape e contra precipiunt sub obtentu beatitudinis, 10 quod si pars adversa ipsum vel ipsos¹⁹ quesierint,²⁰ quod sinant²¹ ipsum papam abire liberum et omnino suum adversarium, vel adversarios non sinant²¹ abire liberos, sed occidant. — Ubi ergo est ista regula cristiana, quod homo debet inimicos suos²² diligere, sicut Cristus in articulo captivitate sue querit de Scarioth: amice, 15 ad quid venisti?

Scrutetur ergo cristianus condiciones sedecim caritatis^h, quas notat apostolus I. Cor. 13,ⁱ et videbit manifeste, quod uterque istorum paparum cum suis complicibus sit in invidia opposita caritati. Si enim homo debet²³ regulariter²⁴ diligere melius in natura et 20 utraque communitas²⁵ sibi contraria est et nulla²⁶ melius et²⁷ evidenter melior in moribus tali papi, quomodo ergo stat caritas in papa, qui precipit tam attente unam communitatem reliquam occidere, specialiter cum a probabili communitas sua ad magnum dampnum tam corporis quam anime occidetur? Ubi ergo est verbum 25 istud sancti Moysi, Exod. 32^{28k}: aut dimitte populo huic noxam

^g v. 8 ^h as to this, cp. *Suppl. Trial.* p. 439 ff. ⁱ v. 4—8

^k v. 10

¹³ expressam β expressum CDE ¹⁴ licenciat CD β liceat E ¹⁵ rogavit CE β rogaverit D ¹⁶ sinerent F sinirent CDE β ¹⁷ in D is add. below the col.: Cristus cum quesitus fuit fecit sinere abire ¹⁸ ergo CD β autem E
¹⁹ ipsum vel ipsos CD β ipsos vel ipsum E ²⁰ quesierint CD β quesierunt E
²¹ sinant CD β sentenciat E ²² i. s. CD β s. i. E ²³ h. d. CD β d. h. E
²⁴ regulariter CE β naturaliter DF, E¹ in mar. ²⁵ comm. CE β caritas (ud.) comm. D ²⁶ nulla CDE β natura E¹ in mar. ²⁷ et CD β vel E. ²⁸ Exod. D, above it 32, both figures on an erasure cc (in red ink) β ² blank space CE

hanc, aut dele me de libro vite, in quo me scripsisti, propter quod dicitur a vindicta manuum²⁹ domini tenuisse,³⁰ et hinc deus dixit sibi^l: dimitte me, ut irascatur furor meus. Et sic Paulus cupiebat anathema esse pro fratribus. Ymo, Christus, caput ecclesie, voluit torqueri atrocissime et occidi pro hominibus tunc inimicis³¹ salvandis tam corpore quam anima, ut fides ewangelii clare docet.

Quomodo ergo secuntur isti pape Cristum in moribus, cuius se dicunt vicarios, tantum in donis³² tam corporalibus quam spiritualibus³³ excellentes?

10 Revera videtur, quod venenum dyaboli nimis diu inclusum in isto capite ex graciola vindicta dei tamquam virulencia³⁴ in ulcere est diruptum. Et cum dyabolus ex subtilitate sue cautele subdole facit homines tam perplexos, quod vix est regnum occiduam, in quo secundum partes multas et magnas non habeat quoad unum
15 papam vel alium³⁵ aliquos adiutores — ad tantum enim cecavit seculares dominos per suos discipulos anticristos, quod reputarent fidelem clericum, qui diceret sententiam ewangelicam in hac parte, esse summum hereticum a prelatis et toto populo occidendum —
20 ideo, si non fallor, a mundi principio usque nunc non fuit fidelibus ewangelizantibus³⁶ maius periculum, quam est nunc in isto meridiano demonio^l sic regnante. Nunc enim tam clerus quam seculares domini seducti reputabant,³⁷ talem esse hereticum, et sic in suo iudicio tam corpore quam anima condempnabunt. Sed ubi fuit tam gravis persecucio in istis tribus periculis antedictis? Sed
25 tamen certus sum ex fide, quod ve istis cristianis, quibus deus dedit noticiam fidei in ista materia, et imminente tanto periculo obmutescunt.

Bene^{38m} autem videtur Iudeis et Grecis fidelibus, qui indifferenter istos papas respiciunt vel contemptibiliter tamquam precipuos anticristos.

^l with ref. to this, cp. the Tract of this name, p. 417 ff.; as to the phrase mer. daem., cp. Ps. 91, 6 ^m the bene corresponds to the ve which is preceding

²⁹ manuum CDE^l manum β om. E ³⁰ propter quod — tenuisse CDβ, E^l with mark of ref. above the col. om. E ³¹ inimisci CDE inimicis β ³² donis D, E^l in mar. domis Cβ dampnis E ³³ spiritualibus Cβ, E^l in mar. anime ED
³⁴ virulencia CDE virulenti β ³⁵ alium CDE alios β ³⁶ ewangelizantibus CDβ ewangelibus E ³⁷ reputabant CE reputabant Dβ ³⁸ bene CE unde Dβ

Tercio videtur tamquam probabile, regna debere omnes hos quatuor ordines fratrum compellere, ut de regnis exeant ad patrem suum precipuum, scilicet papam³⁹ sub obtentu tanti premii adiuvandam.

Pro cuius declaracione suppono, quod fratres precipui istorum 5 ordinum sentenciam sui pape approbant et confirmant, ymo cum diligencia sentenciam istam pape⁴⁰ preconisant; vel ergo dicant⁴¹ istam || sentenciam tamquam⁴² veram, vel tamquam falsam vel fictam sub obtentu premii temporalis, si isto⁴³ secundo modo debent tamquam proditores falsissimi tam corporis quam anime a 10 regnis, que incolunt, exulare; leviores enim proditores in regnis racionabiliter sunt occisi.

Si primo modo dicant, necessitantur⁴⁴ concedere, quod quicumque fratres cuiuscunque etatis vel status fuerint, tenentur⁴⁵ sub obtentu beatitudinis ad finem, quem ex bullis pape expriment, 15 totis viribus properare. Nulla enim excusacio vel racio⁴⁶ tardaret aliquem fratrem ad istud negocium dimittendum, quia nec preceptum divinum⁴⁷ nec sua nova religio vel occupacio melior, quam habere poterit isto officio pretermisso. Nam cum papa uterque dicit, quod deus precipit, sicut suis compliceibus ipse dictat, et in 20 deo non potest esse contradiccio, uterque istorum paparum tenetur concedere, quod deus precipit, sicut ipse promulgat, sue ecclesie faciendum. Nec ordo suus obstaret, cum eo ipso excommunicantur a papa taliter demandante, et nimis ceca foret stulticia ordinem tam sanctum dimittere et in suo merdoso ordine residere. 25

Deus enim et per consequens patroni novorum ordinum non possent meliorem ordinem stabilire, quia, ut dicitur, eo ipso, quo quis laborat sedule in tali negocio, est plenarie absolutus et per consequens sine timore dampnacionis pro suo tempore est beatus. Sed nec ordo apostolicus nec alius novellus vel hucusque nomina- 30

³⁹ pa. CDβ ad pa. E ⁴⁰ pape CDβ populo E ⁴¹ dicant CDβ dicunt E
⁴² tam. CDEβ vel E¹ in mar. with mark of ref. to tam. (F reads sent. veram vel tamquam falsam vel fi. etc.) ⁴³ si isto CDE sed (ed cr. out, above it i by texthand) β ⁴⁴ necessitantur CDβ necessitanter E ⁴⁵ tenentur CDE teneantur (a cr. out & ud. by texthand) β ⁴⁶ ex. v. r. CDE r. v. e. β ⁴⁷ divinum C, E¹ in mar. domini DEβ

bilis⁴⁸ fuit⁴⁹ tali privilegio insignitus. Non ergo degenerat, qui relinquit⁵⁰ suum antiquum ordinem et in isto ordine tam egregio elaborat, nec etas vel status aliquis personalis excusaret fratrem ab executione⁵¹ istius negocii patris⁵² sui, cum ipso existente potente et valido suus exitus promoveret et ipso existente⁵³ impotente in corpore suum consilium, sua⁵⁴ oracio vel⁵⁵ sua volicio adiuveret.

Sic enim dicitur, quosdam milites plus⁵⁶ quam octogenarios ex fratrum consilio velle in isto negotio laborare. Non enim pos-
10 sunt fratres patencius ostendere, se false loqui et proditorie populo,⁵⁷ cui istam sentenciam sic declarant, quasi⁵⁸ ab executione istius negocii in regnis, que incolunt, expectare.

CAP. IV.¹

Ex ista conclusione tertia inferri poterit evidenter, quod duplex² pater³ istarum fratrum, scilicet dyabolus et papa,⁴ ipsos
15 necessitat exire regna et provincias et deserta loca incolere,⁵ sicut olym. Nam manifeste produnt populo hereses regnorum specialiter destructivas; nam manifestum destructivum⁶ est fidei regnorum credere alterum⁷ istorum tam contrarie Cristo viventem esse immediatum vicarium eius a deo principaliter constitutum⁸ et caput
20 sancte matris ecclesie militantis. Hoc enim esset blasphemare in deum et credere, Cristum esse virum plus reprobum. Sed quid nocivius proditore regnorum, quam fidem, fundamentum virtutum, tam letanter destruere!

⁴⁸ nominabilis CD β nominalis E ⁴⁹ fuit CE β fuerit D ⁵⁰ relinquit CD relinquit E rel|in|quit (sic) β ⁵¹ executione CD β executionem E ⁵² n. p. CDE β quam E¹ in mar. with mark of ref. to patris ⁵³ existente DE β , C¹ in mar. blank space C ⁵⁴ sua CD β vel sua E ⁵⁵ vel CD β vel sua oracio (er. out & ud.) et E ⁵⁶ plus CDE om. β ⁵⁷ pr. po. CE β po. pr. D ⁵⁸ quasi CD β quam E

CAP. IV. ¹ cap. 4^m C in war. Ca^m IIII D 4 E² om. β ² duplex CD dup^x (the p er. out, therefore dux) β dux E ³ pater CDE om. β ⁴ papa CD β papas E ⁵ incolere CE β in colore D ⁶ destructivum CD β destructivum E ⁷ alterum CDE alterutrum β ⁸ constitutum DE β institutum (in ud., above it con) C

In cuius signum maior pars fratrum tenens cum Roberto Gilbonensi^a asserit fratribus nostris contrarium, et neuter illorum fundatur in evidencia vel scriptura, sed caute divisa membra dyaboli patenter indicant, quod referunt⁹ ista fidelibus non propter fidem rutilantem in dietis, sed quia credunt per¹⁰ hoc plus placere regnicolis. Unde probabiliter creditur, quod eorum altero¹¹ quoad seculum prevalente tenerent partem reliqui, quem¹² antea adeo detestati, et supra istam infidelitatem, quam cum aliis in regnis seminant, ipsi fratres in persona sua multipliciter regna depauperant et procurant, ut ad defensionem pape, quem¹³ nominatenus appro-
|| C fol. 152^a bant, || populus a pecunia et personis in pugna validis¹⁴ spoliatur. Et ista est prodicio satis sensibilis eciam politicis, qui plus attendunt bonorum sensibilium regni gravedinem, quam eciam ipsam fidem et cum hoc, ubi Iesus cepit facere et docere, istorum pseudofratrum subtraccio ab illo, quod fingunt se credere, movet regnicolis ab istis pseudofatribus discreddendum.

Cum ergo membra dyaboli fidelibus viantibus onerosa debent sagaci prudencia extirpari, patet ex facto multiplici horum fratrum, quomodo ipsis nolentibus a regno discedere ad hoc racionabiliter debent cogi. Nec valet¹⁵ horum fratrum simialis argucia, 20 qua probant, quod hoc factum istorum pseudopaparum sit licitum. Sic inquit: pugna fuit sepe exemplata propter causam consimilem in veteri testamento, quare ergo non in novo, cum neutra pars recognoscit superiorem, cuius iudicio foret racionabiliter standum? Aliquam ergo medelam¹⁶ oportet ponere in ecclesia militante et non temptando deum singulariter suum auxilium expectare.

Ad tales multas merdosas¹⁷ argucias, infideliter proclamatas, dicitur istis simiis, quod in veteri testamento non fuit licitum po-

CAP. IV. ^a Cardinal-Bishop Robert of Cambray, Count of Geneve, by the name of Clement VII. Antipope to Urban VI.

⁹ referunt CDβ deferunt E ¹⁰ per CE in Dβ ¹¹ altero CE altera D alter β ¹² quem Cβ quam DE ¹³ quem CDβ quam E ¹⁴ in pu. va. CDβ va. in pu. E ¹⁵ valet CDβ videt E ¹⁶ medelam CDβE melodium E¹ in mar. ¹⁷ merdosas Dβ mardosas C mendosas E¹, but E¹ in mar. mer

pulo dei pugnare nisi contra infideles¹⁸ et sic in causa dei contra personam vel populum leges¹⁹ et swasiones²⁰ domini refutantem.

Unde si alter²¹ istorum expugnari debeat, per locum a simili facto eorum supposito eciam uterque.²² Non enim sequitur, si²³
 5 Moyses descendens de monte occiderit²⁴ multa milia Israelis propter commissam ydolatriam, dicendo in fine Exodi 32^b: hodie sanctificastis manus vestras, ergo per idem licet populo ex monitis unius istorum, quem²⁵ reputant²⁶ esse membrum domini licet false, occidere populum sibi contrarium, cum causa sit adeo²⁷ contraria,²⁸
 10 mandans vel consulens, adeo carens auctoritate divina, et causa tantum²⁹ a fide extranea. Ponant ergo fratres, alterum istorum esse deum, et fidem ecclesie, quod debet credi in ipsum latria adorandum, tunc per locum a sufficienti similitudine taliter³⁰ monerent³¹ populum. Ideo attenderent, si Cristus pro evitanda sua persecu-
 15 cione pontificum legis veteris fuit³² taliter machinatus, et tunc per locum a sufficienti similitudine possent pro tempore legis gracie succedente pugna³³ in romanis pontificibus swadere. Sed non capitur efficax similitudo in rege nostro pacifico, nec causa pugne hominis tanta subest.

20 Fuit enim fides, quod Cristus sit caput ecclesie ab hominibus adorandus, sed non est fides ecclesie, quod alter istorum sit membrum sponse Cristi, nec ex vita eorum est verisimilis coniectura. Cristus enim legitur quoad humanitatem suam passus omnes iniurias, sed quoad divinitatem in tempore utriusque legis cum casti-
 25 gacione rationabili populum moderasse, sed numquam in causa sue humanitatis se ipsum de hostibus vindicasse.

^b v. 29

¹⁸ in *D* is add. in mar.: Non fuit licitum pugnare nisi in causa dei contra infideles *D*¹ ¹⁹ leges *C*β ²⁰ swasiones *CD*β ²¹ swasionem *E*, but above the *m an s* by *E*¹ ²¹ alter *CD*β ²² aliter *E* ²³ uterque *D*β ²⁴ utroque *CE* ²⁵ si *CD*β ²⁶ sed *E* ²⁷ occiderit *CDE* ²⁸ occiderat β ²⁹ from here on in β a new hand differing a little from the former sets in, cp. cap. II note 21 ³⁰ reputant *CE* ³¹ reputat *D*β ³² s. a. *CD*β ³³ a. s. *E* ³⁴ cum ca. s. a. con. *CDE*β ³⁵ om. *F* ³⁶ causatantum *CD*β ³⁷ causatum (?) *E* ³⁸ taliter *CE* ³⁹ om. *D*β ⁴⁰ monerent *CD*β ⁴¹ moneret *E* ⁴² fuit *CDE* ⁴³ fuerit β ⁴⁴ pugna *CE*β ⁴⁵ pugnam *D*

Unde quoad evidenciam captam, quod medicina sufficiens ad vindicandum istam iniuriam sit posita in ecclesia militanti,³⁴ concedi debet conclusio, cum episcopus animarum, dominus Iesus Kristus, semper astat ad interpellandum pro sua ecclesia militante, et lex sua docet ex fide, quod vicarius suus specialiter debet executionem talem dimittere et se esse indignum ad vicariam Christi humiliter
 || C fol. 152^b reputare. Et maius inconueniens, || quod sequitur³⁵ ex istis, foret, quod ecclesia ad statum apostolicum, quem Kristus instituit sine pompa cleri³⁶ cesarea, rediret. Sed felix conclusio ista³⁷ sequens, et sic uterque istorum cognosceret Iesum iudicem suum superiorem,¹⁰ cuius iudicio stabit eciam³⁸ invitus,³⁹ sicut quilibet mundo potens.

Ideo idem esset in istam blasphemiam balbutire et negare fidem legis domini, vel quod Kristus Iesus deus et homo sit prelati istis superior, quem oportet finaliter utrumque iudicare. Medicina ergo tacta superius^c et populo intimanda foret utrique istorum ex¹⁵ vita sua et factis discedere atque fidem ponere in domino Iesu Cristo et neutri istorum in causa ista consentire opere vel consensu, cum Kristus precipit Matth. 24^d vel in causa ista vel sibi simillima⁴⁰ pertinente: nolite credere nec abire. Et dictum istud Cristi excellit omnia dicta fratrum in ista materia assequenda.⁴¹ ²⁰

Sicut enim nullus fidelis viator debet se in pugna dyaboli commiscere, sic nec in pugna ista, nisi forte vitatur,⁴² quod talis preeminencia dominativa a Cristi ecclesia destruat. Ad hoc enim consulerem fideles quomodolibet⁴³, laborare, cum sit in scriptura fundabile et multas venenosas blasphemias⁴⁴ destrueret de ecclesia²⁵ militante. Sed quia persecutio et horrenda occisio imminet sic dicenti, ideo cum oracione⁴⁵ humili disponamus nos ad martirium,⁴⁶

^c cp. above p. 461 ^d v. 23; 26

³⁴ militanti CE militante Dβ ³⁵ sequitur CE sequeretur Dβ ³⁶ cleri CDβ tali EF ³⁷ c. i. CDβ i. c. E ³⁸ st. ec. CDE e. st. β ³⁹ invitus E invictus β ⁴⁰ simillima C simili E similia Dβ ⁴¹ assequenda CD asserenda Eβ ⁴² vitatur CEβ vincatur D ⁴³ quomodolibet CDβ quemlibet E ⁴⁴ in D is add. above the col.: Leges novas plus appreciant quam leges Cristi D¹ ⁴⁵ oracione CDβ racione E ⁴⁶ martirium CDβ matrimonium (? magisterium) E

memores celestium premiorum. Et sic evadetur dei temptatio et recludetur fratrum preconisacio, quomodo sunt anticristi precones, sicut Baptista fuit in vita et opere preco Cristi. Nec scio excusare populum a ceca ignorancia, qua in verbis et factis fratrum taliter tenebratur. Et patet nuditas argucie simialis, qua concluditur, quod deprimens papam suum sit tamquam proditor suspendendus eo, quod falsarius monete, per quam quis cibum emeret, sit propter corporalem prodicionem⁴⁷ racionabiliter occidendus.

10 Nam uterque istorum paparum nec ostendit in vita sua cesaris^e nostri ymaginem, nec docet frater vicarius talis pape, quin foret expedicius militanti ecclesie carere tali papa cesareo conformiter legi Cristi. Et conformiter dicitur ad omnes argucias, per quas pseudofratres sciunt in ista materia populum informare. Nam
15 probacio atque responsio est patens fidelibus, sed cordata affectio rara,⁴⁸ invenibilis, eo quod multorum caritas refrigescit.⁴⁹*

Et conformiter tractari et declarari potest tota materia capitalis anticristi.

Ex istis patere potest, quomodo un(o)⁵⁰ istorum pseudopaparum
20 exstingwente reliquum, qualiter obediri⁵¹ debet superstiti secundum formam ewangelii prius^f dictam.⁵²

CAP. V.¹

Sed quia non claret ex predictis de perfeccione ordinis sive² status, notandum est, quod quecunque signa sensibilia sunt imper-
tinentia statui virtutum, nisi de quanto viatores³ facilitant ad opera
25 virtuosa.⁴

Cristus enim, qui non est acceptor personarum, indifferenter

^e i. e. of Christ ^f cp. p. 465

⁴⁷ prodicionem $C\beta$ $perdicionem ED$ ⁴⁸ rara $CD\beta$ raro E ⁴⁹ refrigescit $CE\beta$ refrigescet D ⁵⁰ the codd. read unus ⁵¹ obediri $CD\beta$ obedire E
⁵² dictam C datam DE dictam etc. β

CAP. V. ¹ Ca^m 5^m C V E² om. $D\beta$ ² sive CDE sui β ³ viatores CDE viatorem β ⁴ in D is add. in mar.: Notandum est quod quecunque —
virtuosa (as the text runs) D^1

dat gratiam quoad locum, quoad signum sensibile et quoad ritum, sed⁵ oportet ex fide capere. Ideo omnes status vel ordines, quos patroni isti privati invenerant, nichil valent, nisi de quanto docetur ex fide vel ratione, quod ipsos facilitant ad opera virtuosa.

Tria autem sunt, ex quibus videtur, quod ritus fratrum ipsum⁶ 5
 || C fol. 153^a in bene agilibus difficultant.⁷ Primum est, || quod sine fundacione
 aggregant sibi globum in fratribus nec eciam ordine nec numero
 mensuratum.^a Ex hoc enim necessitantur ecclesie esse onerosi,^b
 fratres inhabiles ad ordinem suum recipere et indebite a paupe-
 ribus mendicare. Ubi, queso, est maior blasphemia,⁸ quam 10
 iuvenem indiscretum a suis parentibus spoliare et sibi regulam
 ad sui interitum limitare? Non enim sciunt fratres, si com-
 plexioni et carismati, que deus tribuit tali iuveni, convenit spe-
 cialis observancia, ad quam stringunt, cum uni conveniat unus
 modus et alii alius, secundum quod deus limitat sibi a suis fide- 15
 libus deserviri. Et si dicatur, quod cadit dispensacio prepositi
 cum tali indisposito ad observanciam huius ritus, consideret fidelis
 practicam, quomodo oportet ad dispensacionem talem curiam ro-
 manam sepe expetere⁹ et habita¹⁰ dispensacione communi¹¹ frater
 quantumcunque indigens non participabit illa nisi symoniace vel 20
 iocosis mendaciis vel mediis expresse illicitis.

Et hinc multi fratres propter talis ritus religanciam tam cor-
 poraliter quam spiritualiter moriuntur. Unde nec Cristus voluit
 nec suus apostolus ausus fuit regulam talem generalem signare¹²
 cuicunque homini sui ordinis observandam, quia eo ipso, quo quis 25
 in talem ordinem inductus¹³ fuerit et deus disposuit sibi tam natu-
 ralia quam gratuita, secundum que vult sibi extra talem statum
 deserviri, talis ordo expresse blasphematur in deum, ac sic dei ordi-

CAP. V. ^a cp. Arnold, S. E. W I, 147; 296; ^b cp. *ibid.* 298

⁵ sed CDβ sicut E ⁶ ipsum CDβ ipsos E ⁷ in D is add. in mar.: Tria fratrem difficultant D^t ⁸ m. b. CDE b. m. β ⁹ expetere CDβ repetere E ¹⁰ hab. in E corr. in the mar. by the texthand ¹¹ communi Cβ,E (here corr. upon an erasure) consequenti D ¹² signare CDβ significare E ¹³ indutus E indutus CDβ

nacionem ex cognicione¹⁴ eterna divinitus regularet, sed que maior blasphemia?

Et breviter pensata ratione legis domini de furto bovis eius vel¹⁵ asini, quomodo debet fieri retribucio? Vel secundum leges 5 gencium fur debet suspendi, secundum rationem patulam frater¹⁶ sic furans puerum debet tantum vel amplius cruciari. Nec subest sibi fugiendi ratio, nisi quia¹⁷ lucrifaciat¹⁸ spiritualiter puero et sic patri pueri vel tutori, sed cum non doceat, quod sic fingit plus quam furans bovem,¹⁹ docet, quod exhonerat²⁰ et proficit possessori nec 10 sic vel potest fide iussorem invenire, qui illud²¹ spirituale lucrum patri vel puero testaretur, videtur secundum legem dei et rationem, quod talis fratrifactor²² ex hoc racionabiliter punietur.

Si ergo talis phariseus seducens puerum facit eum occasiona- liter filium gehenne modo, quo Cristus docet Matth. 23,^c quanto 15 magis debet puniri acrius ex sua presumpcione blasphema, cum ultra bovem vel asinum perdidit tam corpus quam animam fratris sui? Talis ergo blasphemus secundum legem veterem debet a toto populo lapidari.

Secundus ritus sensibilis, ad quem religiosi privati ex suo or- 20 dine obligantur, est tradicionum²³ suarum observancia²⁴ eciam ultra mandata decalogi vel consilia²⁵ domini Iesu Cristi. Et tradicio ista necessitat ipsos ypocritas infringere mandatum domini.^d Nam quidquid in tradicionibus suis de novo instituunt, est²⁶ propter apparen- ciam religionis super alios, et cum signa ista sensibilia infi- 25 ciant sanctitatem, patet, quod ut sic sunt ypocrite.

Quid enim, rogo, facit habitus corporalis, claustrum sensibile vel quecunque alia tradicio a fratribus adinventata? Revera nichil facit ad sanctitatem eorum, sed est ypocrisis sue manifestum iudi-

^c v. 15^d *cp. Wilkins, Conc. M. Brit. III, 344*

¹⁴ cognicione *CDβ* cogitacione *E* ¹⁵ vel *CDβ* ac *E* ¹⁶ frater *CEβ*
 fur *D* ¹⁷ quia *CDβ* qui *E* ¹⁸ lucrifaciat *CE* lucrifacit *Dβ* ¹⁹ f. b. *CDβ*
 b. f. *E* ²⁰ exonerat *CDβ* exhonerat (h *ud.*) *E* ²¹ illud *CE* istud *Dβ*
²² fratrifactor *CDβ* fratrifactor (factor *ud.*) *E*, in *mar. is add.* fur *E^t* ²³ tradi-
 cionum *CDβ* transdicionum *E* ²⁴ in *D is add. in mar.:* Secundus *D^t* in *β*
 in *mar.:* Tradiciones religiosorum *β^t* ²⁵ consilia *CE* consimilia *Dβ* ²⁶ est
CDβ et *E*

cium. Cum enim tam virtuose et tam edificatorie posset²⁷ vivere sine tali signo sensibili, ipsum nichil facit, si non ypocritice ostendat illis sensibilibus,²⁸ || quod sicut signa ista habent propria, sic habent singulariter et excellenter propriam sanctitatem; quod cum sit falsum, patet ypocrisis.

Cum enim ypocrisis sit falsa simulacio sanctitatis,²⁹ e patet, quod tota fratrum religio in³⁰ falsa simulacione huiusmodi est³¹ fundata. Unde inter alia peccata videtur michi, quod ypocrisis est magis contraria domino Iesu Cristo. Nam directe opponitur veritati, que deus est, patule³² docet artem mendacii, innitur³³ 10 pervertendo ordinem divinum³⁴ ipsi illudere et ecclesiam per sophismata dyaboli defraudare.

Cum enim deus magis appreciatur sanctitatem in homine, patet, quod falsa eius simulacio tamquam magis sibi odibilis magis opponitur veritati, et cum false fingunt, se habere bonitatem mo- 15 ralem, a qua deficit, patet, quod toto studio dogmatizat artem mendacii.

Et quantum ad tercium³⁵ patet, quod ordo divinus exigit, quod sanctitas ab insensibili ad sensibile ordinatur, cum a deo, insensibili primo,³⁶ originatur³⁷ sanctitas in animum viatoris et ab 20 ipso erumpat ad³⁸ opera sensibilia atque signa. Ypocrisis autem omnino pervertit ordinem hunc; ideo quantum in se est, nititur fraudare dominum³⁹ veritatis et sic⁴⁰ ecclesiam Cristi, quoad sensibilia necessitatur attendere, defraudat multipliciter et cautelas venenosas dyaboli introducit.

Unde quidam philosophi vocant sophistam ypocritam dyaboli. Sophista enim ex loquacitatis apparencia cupit apparere esse sapiens sine sapientie existenciam. Unde mussitant sophisticè super ista de-

^e cp. Trial. 432

²⁷ posset CD β potest E ²⁸ in C above fol. 153^b is add.: Nota de ypocrisi C² ²⁹ in β is add. in mar.: Ypocrisis quid β ¹ ³⁰ in CD β est in E ³¹ est CD β om. E ³² est pat. CD β est est (the latter cr. out & ud.) pat. E ³³ innitur CD β innitur E ³⁴ divinum CDE β dominium C¹ in mar. ³⁵ in D is add. in mar.: Tercia D¹ ³⁶ primo CD β primum E ³⁷ originatur CD β ordinatur E ³⁸ ad CDE β in E¹ in mar. ³⁹ dominum CD β domini (? dominium) E ⁴⁰ sic CDE om. β

scripcione, quod descriptive sophista sit ille,⁴¹ qui apparet esse talis, qualis non est, et cum hoc ponatur, quod sortes⁴² appareat esse sophista, tunc sophiste mussitant, si sortes⁴³ in casu isto⁴⁴ sit sophista vel non; si sic,⁴⁵ cum appareat esse sophista, tunc est talis, qualis apparet, et iuxta descripcionem non ut sic est sophista, si⁴⁶ in casu isto non sit sophista et apparet⁴⁷ esse sophista, tunc apparet⁴⁸ esse, qualis⁴⁹ non est et iuxta descripcionem quilibet huiusmodi est sophista, ergo est sophista.

Sed quomocunque sit de istis arguciiis, certum est, quod ypocrita, in quantum huiusmodi intricat se ipsum per illusionem dyaboli quoad deum, quia secundum Chrysostomum⁵⁰ melius est esse sanctum quam apparere sanctum, sicut peius est esse reprobum, quam apparere esse⁵¹ reprobum, cum apparencia in primo potest inesse homini vicioso⁵² eo, quod dyabolus transfiguratur se in angelum lucis, et apparencia in secundo ponit illusionem iudicii de sancto homine reputari. Ypocrita ergo tamquam stultissimus⁵³ sophista dyaboli appetit minus bonum vel eciam maius malum, et sic postponit bonum valde eligibile propter malum. Nec mirum, quia dyabolus auctor false apparenciae⁵⁴ seducit suum iudicium, cum veritatis existencia sit fugata. Ideo dicit Chrysostomus: aut esto, quod appares, aut apparere,⁵⁵ quod es.

Unde inter omnia peccata, que deus umquam permisit esse in ecclesia militante, peccatum ypocricis est magis fugibile,⁵⁶ et in diebus novissimis secundum apostolum plus illusivum⁵⁷ ecclesie, unde originatur in stabulo falsitatis. Ideo signanter adiungit⁵⁸

I have not been able to verify this quotation, as the reference to St. Chrysostom is too general ⁹ cp. Trial. 432: duplex iniquitas

⁴¹ in β is add. in mar.: Sophista quis β^1 ⁴² sortes CD sor E soror (?) β
⁴³ sortes C, β (clearly so) sor E sor. (sic) D ⁴⁴ c. i. CE β i. c. D ⁴⁵ sic CDE sit β ⁴⁶ si CE ut D β ⁴⁷ et iuxta descr. — apparet CDE β , F¹ in mar.
 om. F ⁴⁸ apparet CDE in β an illegible abbreviation ⁴⁹ qualis CDE β , in E is add. in mar. talis E¹ ⁵⁰ in D is add. in mar.: Chrysostomus D¹ ⁵¹ esse CD β
 om. E ⁵² vicioso DE β virtuoso C ⁵³ stult. CDE subtilissimus (underlined)
 stult. β ⁵⁴ apparenciae D β apparencia CE in C in mar.: Nota ⁵⁵ all the codd. read apparere ⁵⁶ in D in mar.: Peccatum ypocricis magis fugibile D¹
⁵⁷ illusivum CDE illusum β ⁵⁸ adiungit CE β adiunxit D

apostolus,^h quod periculum et in falsis fratribus, cum notorium sit, si habitus corporalis fratris vel ritus aliquis⁵⁹ sensibilis sui || *C fol. 154^a* ordinis menciatur, mendax est et gerens illum || habitum ac ecclesie per suas adinventas⁶⁰ fallacias seductivus. Nec prodest sua adinventata religio, sed tam ipsis religiosis quam ecclesiis multum obest,⁶¹ cum omnia bona virtutis, que faciunt, facere possunt⁶² liberius ac meritorius secundum religionem simplicem cristianam et in studio discendi hunc⁶³ ordinem, in studio servandi et in studio sustinendi consistit occupacio inutilis et infructuosa et toti ecclesie tediosa.

Quis ergo excusare posset has sectas, quin dimisso Cristi ordine¹⁰ blaspheme eligant minus bonum? Ymo toti prospecto⁶⁴ diligentius videri posset studenti, quod tota sua religio blasphemiam sit permixta.ⁱ

Unde inter omnia monstra,⁶⁵ que umquam intrarunt ecclesiam, monstrum horum fratrum est seductivius, infundabilius et a veritate ac caritate distancius.^k Modicum quidem esset, quod interiora sui corporis locata forent extrinsecus et e contra. Sed si sint⁶⁶ oves extrinsecus quoad apparenciam, lupi intrinsecus quoad existenciam, et serpentes in opere quoad intoxicacionem ecclesie, ubi est periculosius monstrum mundi?⁶⁷ Unde Matth. 7^l dicit Christus: attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus⁶⁸ autem sunt lupi rapaces a. f. n. e. c. e.⁶⁹ Ubi probari⁷⁰ videtur⁷¹ ex sapiencia Cristi volentis munire⁷² suam ecclesiam et ex practica fratrum fallacia,⁷³ quod⁷⁴ premunit suam ecclesiam, ut caveat de periculosa fratrum versucia, que postmodum in sua ecclesia est futura. 25

Omnes enim illi sunt falsi prophete in vestimentis ovium fide-

^h *cp. II Cor. 11, 26* ⁱ *this is one of the heretical passages, cp. Wilkins, Conc. III, 344* ^k *cp. ibidem* ^l *v. 15*

⁵⁹ aliquis *CDβ* alius *E* ⁶⁰ adin. *CDβ* novas (*cr. out & ud.*) adin. *E*
⁶¹ obest *CDE* prodest (*cr. out*) *β*, above it obest *β*¹ ⁶² possunt *CDβ* possent *E*
⁶³ hunc *EF* ¹ habent (?) *CDβ* ⁶⁴ prospecto *CE* perspecto *Dβ* ⁶⁵ in *D* is add. in mar.: Monstrum *D*³ ⁶⁶ sint *DEβ, C¹* in mar. sunt (*ud.*) *C* ⁶⁷ mundi *CDβ* mundo *E* ⁶⁸ intrinsecus *CEβ* intus *D* ⁶⁹ a. f. n. e. c. e (*sic*) *C* a. fructibus enim eorum co. e. (*sic*) *E* ⁷⁰ probari *CDβ* probabiliter *E* ⁷¹ videtur *CDE* pidetur *β* ⁷² munire *CDE* nimire *β* ⁷³ fallacia *CDβ* fallaci *E* ⁷⁴ quod *CDE* que *β* ⁷⁵ caveat *DEβ* cavet *C*

libus sedule venientes. Non enim manent fixi in heremo vel in claustro, sed attente visitant fideles, quos divites reputant quoad mundum et in suo habitu falsissime simulant sanctitatem, ac si forent oves immaculate et in vita ac opere innocentes. Et hoc
 5 secundum institucionem eorum colorum et forma sui habitus cum figura. Dilatant enim filateria et magnificant fimbrias⁷⁶ suas,⁷⁷ cum iniquiunt, totus habitus exterior et interior cum cunctis suis circumstantiis dicit eis sanctam observanciam mandatorum et ultra, quam pharisei legis veteris, dilatant et magnificant libros suos istos⁷⁸ ex
 10 sua stulticia adinventos. Unde preter onerosum abusum, quem habent in consumptione amplitudinis suarum⁷⁹ vestium blasphemant ad spiritualem sensum tunc remuneracionem novissimam, que in fine vite sue per commenta mendacii est pictata. Et sunt lupi rapaces⁸⁰ in querendo temporalia egenorum et cum quibuscunque
 15 communicant, ipsos tamquam serpentes intoxicant in opere cum heresi vel fallacia falsitatis.

CAP. VI.¹

Tercia autem condicio, qua fratres blaspheme magnificant statum suum, stat in sua obediencia prelato suo, quem eligunt, ut Priori, Provinciali, Generali vel quomodocunque² aliter voluerint nominare.
 20 Tantam autem virtutem ponunt in hac obediencia, quod, quidquid ipse mandat, ut faciant, virtute istius obediencie cedet ad meritum facientis,³ ut, si ipse mandaverit, dimisso sancte⁴ predicacionis officio, fenum colligere, egenos et pauperes per cautelas suas sophisticas spoliare vel contra regulam propriam in vescibilibus, habitacio-
 25 nibus aut quibuscunque usibilibus⁵ limitate⁶ quamcunque excedere, hoc est licitum et meritorium virtute istius obediencie, cum prelato

⁷⁶ in D is add. above the col.: Dilatant enim etc. — fimbrias (as the text runs) D¹ ⁷⁷ suas CE om. D^β ⁷⁸ istos DE^β ex (ud.) istos C ⁷⁹ suarum D suorum CE^β ⁸⁰ in D is add. above the col.: Lupi rapaces D¹

CAP. VI. ¹ 6^m C, E² in mar. ecc (?) ^β om. D ² quomodocunque CD^β quocunque E ³ facientis C^β facit E facilitatis D ⁴ sancte CD^β sancto E ⁵ usibilibus in ^β corr. from visibilibus ⁶ limitate CF^β, E (?) usitata limitate D

suo in isto obediens eo, quod bene potest fieri,⁷ debet ultra prevaricacionem decalogi cruciari.

|| C fol. 153^b

Talia sunt multa porismata || scōle dyaboli, per que seducit has mendosas sectas noviter introductas.

Hic dicitur negando, quod nulla religio privata difficultat suum professorem ad implendum opera misericordie, ut²² hoc probat propositio, que pro eius probacione adducitur²³ et ratio est, quia,²⁴ licet regule private religionis secundum racionem illam, qua fundantur²⁵ in communi regula pure ewangelica perfectorum sic hortantur, 15 ipse tamen regule secundum racionem suam aliam, qua carent fundacione in ipsa communi regula non sic hortantur, et per consequens secundum illam racionem difficultant ab implecione operum misericordie saltem spiritualis, quam debent facere²⁶ in se et in aliis suis proximis. 20

Ex quo patet, quod non sequitur a tempore incepcionis pri-
 || C fol. 187^a vate religionis monachorum innumerabiles sancti || et clerici excellentes tam vita quam doctrina tenuerunt et approbaverunt eam, ut ultra communitatem perfectorum credencium expedicius, securius et meritorius mandata dei servarent et in caritatis exerciciis sibi 25 placerent. Ergo ipsa religio²⁷ secundum omnem suam condicionem essencialem est laudabilis. Sufficit enim²⁸ pro consequente debite deducendo ex ipso antecedente, quod religio ipsa secundum omnem suam condicionem essencialem, secundum quam debet teneri et²⁹ approbari ab aliquo, sit laudabilis. 30

¹⁵ def. $AC\alpha$ aliquem def. β ¹⁶ ess. cu. $C\alpha$ cu. ess. $A\beta$ ¹⁷ dicit $C\alpha\beta$ tenet (*ud.*) dic. A ¹⁸ religionis $C\alpha$ religionibus $A\beta$ ¹⁹ institutoribus $C\alpha$ institucionibus $A\beta$ ²⁰ opera α opere $AC\beta$ ²¹ b. B., e. i. $C\alpha$ e. i., b. B. $A\beta$ ²² ut $C\alpha$ nec $A\beta$ ²³ adducitur $C\alpha\beta$ adicitur A ²⁴ quia $C\alpha\beta$ qua A ²⁵ fundantur $C\alpha$ fundatur $A\beta$ ²⁶ facere $AC\alpha$ habere β ²⁷ i. r. $C\alpha$ r. i. $A\beta$ ²⁸ enim $C\alpha$ ergo $A\beta$ ²⁹ et $C\alpha$ vel $A\beta$

Secundo patet, quod omnis condicio culpabilis vite difficultat³⁰ secundum quid viatorem, qui vivit ipsam vitam ad implendum opera³¹ misericordie, cum omnis talis condicio subtrahit ab eo gradum gracie, per quem debet fortificari ad proficiendum misericorditer³² sibi ipsi et ecclesie.³³

Quinto arguit sic: religio privata est status securissimus pro viatore, quod non foret³⁴ verum, nisi religio privata secundum omnem condicionem suam essencialem foret laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere et assumptum sic arguit: status privatus claustralis est status securissimus pro viatore eo, quod sanctus³⁵ Gregorius, sanctus Augustinus, sanctus Hieronymus, sanctus Benedictus, sanctus³⁶ Bernhardus, Dominicus, Franciscus³⁷ cum quotquot³⁸ aliis sanctis exemplo vite ipsum³⁹ securissimum⁴⁰ affirmaverunt. Et cum omnis⁴¹ huiusmodi status claustralis est religio
15 privata, sequitur, ut dicit, antecedens probandum.

Hic dicitur⁴² negando, quod religio privata est status securissimus pro viatore. Et ad probacionem eius dum sic arguitur: status privatus claustralis est status securissimus pro viatore,⁴³ dicitur eciam hoc negando, nec hoc asseruerunt saltem scienter distincte,⁴⁴ ut creditur,
20 exemplo vite dicti⁴⁵ sancti recitati, licet exemplo vite asseruerunt,⁴⁶ quod status privatus claustralis secundum racionem illam, qua est fundatus, in communi religioni pure ewangelica perfectorum est status securus viatori ad vivendum in eo tamquam in scola Christi pro beatitudine acquirenda, quam securitatem in parte declarat
25 bene iste monachus,⁴⁷ dum dicit, quod in monasterio, quod iste status regitur⁴⁷ per prelatos, habet subditus de temporalibus in usu

^a cp. above cap. III commencement p. 496

³⁰ diff. $AC\beta$ laudabilis diff. α ³¹ op. $AC\alpha$ ipsa op. β ³² miser. $C\alpha$
om. $A\beta$ ³³ eccl. $AC\beta$ eccl. etc. α ³⁴ foret $A\alpha\beta$ fieret C ³⁵ sanctus $C\alpha\beta$
beatus A ³⁶ sanctus $AC\beta$ om. α ³⁷ Be. Do. Fr. $C\alpha$ Be. sanctus Do. et
Fr. $A\beta$ ³⁸ quotquot $AC\beta$ quodlibet α ³⁹ ipsum $C\alpha\beta$ ipse A ⁴⁰ securissi-
mum $C\alpha\beta$ securissime A ⁴¹ omnis $C\alpha$ om. $A\beta$ ⁴² in C is add. in mar.: Respon-
sio C^1 ⁴³ et ad prob. e. d. s. a. st. p. cl. e. s. s. p. v. $AC\alpha$ om. β , but add. in
mar. by β^2 ⁴⁴ sci. dist. $C\alpha\beta$ dist. sc. A ⁴⁵ dicti $C\alpha$ om. $A\beta$ ⁴⁶ asse-
ruerunt $AC\alpha$ asseruerant β ⁴⁷ regitur $C\alpha$ regit $A\beta$

sensibili solum necessarium victum et vestitum absque egestate vel superfluitate⁴⁸ iuxta mentem apostoli I⁴⁹ Tim. 6^e et secundum orationem⁵⁰ et desiderium sapientissimi Salomonis Proverb. (30)^{51f} et hoc sine magna vagacione et⁵² sollicitudine seculari, que solent⁵³ cultum dei impedire et variis peccatis occasionem multiplicem ministrare. In monasterio eciam, quod iste status regitur⁵⁴ per prelatos, habet subditus multa promotiva ad bonum et multa retractiva a malo, ut puta, exempla, doctrinas, moniciones et frequentes correcciones superiorum et sociorum.

Ex quo patet, quod in monasterio, quod⁵⁵ defectus religionis¹⁰ regitur⁵⁶ per prelatos, est⁵⁷ subditus longe valde ab hac securitate declarata, cum in tali monasterio habet subditus pauca retractiva a malo et multa promotiva ad malum, quod dicit quidam fidelis, quod monasterium seu claustrum huiusmodi male regulatum est nidus dyaboli, a quo rapit multas animas ad infernum, in quo fovet¹⁵ pullos suos dogmate ypocritico, a doctrina domini elongato, racione cuius nutricionis⁵⁸ || multe anime, ut probabiliter creditur, dampnantur in tartaris, que nutrite in scola domini forent salvate in celis, dum servata doctrina Cristi libere fuerint⁵⁹ eventate.

|| C fol. 187^b

Secundo patet, quod sumendo religionem privatam pro religione²⁰ communi perfectorum, cui non additur aliquis ritus humanus tamquam pars eius, licet addatur sibi tamquam accidens eius, potest vere dici, quod religio privata est status securissimus pro viatore ad beatitudinem. In quo sensu⁶⁰ sumit, ut videtur,⁶¹ apostolus eam, dum⁶² dicit Act. ⁶³ 26,^{64g} quia⁶⁵ secundum certissimam sectam²⁵

^e v. 8 ^f v. 8; from desiderium and oracionem it is evident that this verse is meant by W., not, for instance, v. 13, 7; 25 ^g v. 5

⁴⁸ superfl. $C\alpha\beta$ supfluitate A ⁴⁹ I^a α om. $AC\beta$ ⁵⁰ oracionem $AC\beta$ racionem α ⁵¹ all the codd. read 13 ⁵² et AC vel $\alpha\beta$ ⁵³ solent $AC\beta$ solet α ⁵⁴ regitur $C\alpha$ regit $A\beta$ ⁵⁵ quod AC,β corr. above the line om. $\alpha\beta$ ⁵⁶ regitur $C\alpha$ regit $A\beta$ ⁵⁷ est $C\alpha\gamma$ et A ⁵⁸ nutric. $C\alpha$ enutricionis A,β here a correction took place at it ⁵⁹ fuerint $C\alpha$ forent $A\beta$ ⁶⁰ sensu $AC\beta$ om. α ⁶¹ ut vid. $C\alpha$ om. $A\beta$ ⁶² dum $C\alpha\beta$ dum A ⁶³ Act. $C\alpha\beta$ apostolus Act. A ⁶⁴ in A is add. below the col. 263^d: Nota fundamentum pulcrum ex scriptura pro religionibus privatis ex Paulo Actis 26 A^2 ⁶⁵ quia $C\alpha$ quod $A\beta$

sue religionis vixit phariseus.⁶⁶ Sed si sic sumatur⁶⁷ religio privata,⁶⁸ equivoce sumitur ab eo modo, quo sumunt ipsi eam,⁶⁹ qui distinguunt religiones privatas essentialiter a se invicem et a communi religione pure⁷⁰ ewangelica perfectorum, et per consequens equivoce sumitur ab eo modo, quo in argumentis et responsionibus superius factis sumitur.

CAP. V.

Sexto arguit sic: religio privata est status¹ securior quam status prelaeie, quod non foret verum, nisi foret² secundum omnem suam condicionem³ essentialem laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere,⁴ et assumptum arguit sic: status prelaeie est periculosior religione privata, eo quod secundum Augustinum ad Valerianum^a et ponitur in Canone dist. 40⁵ capitulo^b: 'Ante omnia', nichil est in hac vita et maxime in hoc tempore difficilius, periculosius et laboriosius⁶ episcopi aut presbyteri officio, ergo religio privata est minus periculosa quam status prelaeie; et cum proportionaliter ut status est minus periculosus,⁷ est securior, sequitur, ut dicit, quod religio privata est securior quam status prelaeie.

Hic oportet premittere quandam suppositionem de statu monasterii⁸, quod aliquando capitur personaliter⁹ pro statu huiusmodi,

CAP. V. ^a cp. August. (edit. of the Bened.) Ep. ad Valer. No. 21
^b Decret. Grat. I P. Dist. XL cap. 7: Non ordinis, sed vitae merita nos Deo commendant. Ante omnia peto ut cogitet religiosa prudentia tua, nichil esse in hac vita et maxime in hoc tempore facilius et levius et hominibus acceptabilius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur sed nichil apud Deum miserius et tristius et dampnabilius, cp. Corp. iur. canon. ed. Richter-Friedberg (Leipzig 1879) P. I p. 146

⁶⁶ phariseus $AC\beta$ franciscus α ⁶⁷ sumatur $AC\alpha$ summatur β ⁶⁸ privata $AC\alpha$ private β ⁶⁹ eam $AC\alpha, \beta^2$ add. above the line om. β ⁷⁰ pure $C\alpha\beta$ om. A

CAP. V. ¹ status $C\alpha$ om. $A\beta$ ² ni. fo. $C\alpha$ om. $A\beta$ ³ su. co. $AC\beta$ con. su. α ⁴ patere $C\alpha\beta$ tenere seu patere A ⁵ 40 has undergone a correction in β ⁶ p. e. l. $C\alpha$ l. e. p. $A\beta$ ⁷ min. per. $C\alpha\beta$ periculosus minimus A ⁸ in A is add. in mar.: prelaeie A^1 in C in mar.: Responsio C^1 ⁹ personaliter $A\alpha\beta$ persone C , (cr. out), but in mar. personaliter C^2 (?)

cui accidit status virtuose conversacionis sibi debitus, quo modo sumitur a beato Petro (I) Petri 2,^c dum precipit servis obedire dominis discolis, et aliquando sumitur simpliciter pro aggregato¹⁰ ex huiusmodi statu et statu¹¹ virtuose conversacionis sibi debito, quo modo sumitur a beato Augustino IV de Civitate Dei cap. 4, dum 5 dicit,^d quod reges sine iusticia sunt tyranni.

Supposito¹² secundo, quod in dicto argumento sumatur status prelacie pro statu prelacie secundo modo dicto, quibus duobus suppositis dicitur negando, quod religio privata est securior quam status, prelacie, et ad probacionem eius cum sic arguitur: status prelacie est 10 periculosior religione privata, dicitur hoc negando, sumendo statum prelacie pro statu prelacie secundo modo dicto. Nec oppositum huius asserit beatus¹³ Augustinus in auctoritate preallegata, licet in ipsa asserat, quod status prelacie primo modo dictus, dum caret¹⁴ statu virtuose conversacionis sibi debito, est status periculosissimus 15 in hoc mundo.

Ex quo patet, quod proporcionaliter, ut¹⁵ status aliquis est virtuosior, est securior, quia a peccato elongacior.

Secundo patet, quod status prelacie secundo modo dictus est status securissimus in hoc mundo eo, quod est status perfectissimus 20 et maxime meritorius in hoc mundo, dicente beato¹⁶ Augustino in dicta auctoritate, quod nullum officium viatoris est apud deum beacius officio episcopi aut presbyteri, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet etc.¹⁷

|| C fol. 138^a

|| Tercio patet, quod nemo est dominus, sacerdos vel religiosus 25

^c v. 18 ^d cp. August. Opp. Tom. VII, De civ. Dei, lib. II, cap. XXI p. 49 C: Cum vero iniustus est rex, quem tyrannum more Graeco appellavit etc. W. has, I believe, this passage in view; his own quotation (lib. IV cap. IV p. 90 G) reads: Remota itaque iustitia, quid sunt regna nisi latrocinia? quia et ipsa latrocinia quid sunt nisi parva regna?

¹⁰ in A is add. below the col. 263^d: Nota: status prelacie capitur dupliciter, uno modo personaliter, alio modo aggregative A² ¹¹ et st. Ca om. A^β ¹² supposito αC(?) suppono A^β ¹³ beatus ACα huius (cr. out) beat. β ¹⁴ caret Ca^β facta (cr. out) car. A ¹⁵ ut Ca^β nec A ¹⁶ beato Cα dicto A^β ¹⁷ etc. Ca om. A^β

statu domini¹⁸, sacerdotii vel religionis secundo modo dicto, dum fuerit in mortali crimine.¹⁹

Quarto patet, quod religio privata non est status securissimus in hoc²⁰ mundo, eo, quod, cum sit essentialiter culpabilis, non est
5 maxime elongatus a peccato.

Quinto patet, quod status sacerdotalis parochialis secundo modo sumptus est status perfectior, meritorior et securior religione privata, eo, quod includit in se statum alciorem virtuose conversacionis, propter quem suscipiendum debet religiosus privatus abi-
10 cere vitam religionis private, testante beato Hieronymo^e et ponitur in Canone 16, qu. I²¹: 'Sic vive', ubi sic hortatur rusticum monachum: sic, inquit, vive in monasterio, ut clericus i. e. secundum glosam²² curatus esse merearis. Cui concordat beatus Augustinus^f ad Eudoxium²³ et ponitur in Canone 16 qu. I^g: 'Vos autem fra-
15 tres', ubi sic alloquitur religiosos privatos: vos, inquit, fratres exhortamur in domino, ut propositum vestrum custodiat et²⁴ usque in finem perseveretis, scilicet secundum rationem, qua propositum

^e cp. *Hieronym. ad Rusticum Monach. ep. CXXV ed. Migne No. 17*
^f *Corp. iur. can. Decreti II P. CXVI qu. 1, cap. XXVI: Digne in monasterio vivens per populi electionem ad clericatum poterit promoveri. Sic vive in monasterio, ut clericus esse merearis, cp. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipz. 1879), I, p. 768* ^g cp. *August. Opp. (edit. of the Bened.) Ep. 48, No. 2* ^h *Corp. iur. can. Decr. II p. C. XVI cap. XXX: vos autem fratres exhortamur in Domino, ut propositum vestrum custodiat, et usque ad finem perseveretis, ac si qua opera vestra mater ecclesia desideraverit nec elatione avida suscipiat nec blandiente desidia respiciat, sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum ocium ecclesiae necessitatibus preponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremur non inveniretis, vgl. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipz. 1879), Decr. P. I p. 769*

¹⁸ domini $C\alpha, \beta$ (cr. out) om. A ¹⁹ in A below col. 264ⁿ there is a gloss, which possibly refers to this passage: Nota hic de peccato mortali, quod non tollit officium. Puto, quod hic loquitur caute, alibi dicit oppositum A¹ ²⁰ hoc $C\alpha\beta$ hac A ²¹ 1 AC α 5 β ²² glossam C(?) $\alpha\beta$ gloriam(?) A ²³ Endoxum α Ondixium A Ondoxium β om. C, but in mar. ad endoxum C² ²⁴ et A $\alpha\beta$ in domino (ud.) et C

ipsum fundatur in scriptura sacra, et sequitur, ac²⁵ si qua²⁶ opera vestra mater ecclesia desideraverit in prelacione, scilicet superiori vel²⁷ inferiori nec elacione avida suscipiatis, scilicet vos importune in gerendo neque blandiente²⁸ desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis deo neque ocium vestrum necessitatibus ecclesie preponatis, cui parturienti, si nulli boni ministrare vellent, scilicet in prelacione, quomodo nasceremini, non inveniretis.

Ex quo dicto patet, quod eque legitime potest²⁹ rector vel vicarius indigens socio ad iuvandum eum in curia³⁰ sua requirere sacerdotem habilem³¹ religionis private sicut³² sacerdotem habilem¹⁰ secularem,³³ et eque legitime debet huiusmodi sacerdos religionis private obedire huiusmodi requisicioni sicut sacerdos secularis.

Patet secundo ex eodem, quod sacerdotes simplices, tam seculares quam claustrales, debent propter perfeccionem status prelacie in processionibus episcoporum permittere curatos³⁴ inferiores immediate sequi suos episcopos, qui curati gerunt vicem maiorum discipulorum excellencius quam simplices sacerdotes, quia³⁵ ipsi curati gerunt vicem ipsorum³⁶ discipulorum,³⁷ in quantum ipsi discipuli sunt curati, et ipsi simplices sacerdotes non gerunt vicem ipsorum discipulorum, nisi³⁸ in quantum ipsi discipuli sunt sacerdotes.

CAP. VI.

Septimo arguit sic: lex iusta, secundum rationem qua iusta, obligat peccatorem contempnere habere¹ licenciam dei pro licencia sufficienti ad confitendum peccata sua alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo, ergo per idem religio²⁵

²⁵ ac has undergone a correction in β ²⁶ qua $AC\alpha, \beta^2$ add. above the line om. β
²⁷ vel $AC\beta, \alpha^1$ in mar. et α ²⁸ blandiente $C\alpha$ blandienti $A\beta$ ²⁹ potest $C\beta$
patet $A\alpha$ ³⁰ curia C cura $A\alpha\beta$ ³¹ habilem $AC\alpha, \beta^2$ add. above the line
humilem β ³² sicut $AC\alpha$ obedire huiusmodi (underlined) sicut β ³³ sec.
 $C\alpha\beta$ religionis private sec. A ³⁴ curatos $\alpha\beta$ curatas AC ³⁵ quia $C\alpha\beta^2$
qui A om. β ³⁶ ipsorum $AC\beta^2$ om. $\alpha\beta$ ³⁷ excellencius quam — discipulorum
 $AC\alpha$ om. β , but add. above the line by β^2 ³⁸ nisi $C\alpha\beta$ non A

CAP. VI. ¹ habere $C\alpha$ om. A, β , but here habere is add. by β^1 , then again cr. out by β^2

iusta, secundum rationem qua iusta, potest obligare subditum in ea contempnere habere licenciam dei pro licencia sufficienti ad variandum in religiosis ritibus pro debita executione religionis communis et per consequens² non ex hoc, quod religio privata sic ob-
5 ligat, est ipsa culpabilis.

Patet consequentia, ut dicit, et antecedens extra de Penitentiis et Remissionibus cap.³: || 'Omnis utriusque',^a ubi sic habetur: si quis || *C fol. 188^b*
autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata,⁴ licenciam prius postulet et obtineat, cum⁵ aliter ipse illum
10 non possit solvere vel ligare.

Hic dicitur negando, quod lex iusta secundum rationem, qua est iusta, obligat peccatorem contempnere habere licenciam dei pro sufficienti licencia ad confitendum peccata sua⁶ alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo. Nec istud
15 asserit lex allegata, cum verbum illud 'obtineat'⁷ intelligi debet cum hac condicionali 'si poterit'. — Ex quo sequitur, quod⁸ volens confiteri iusta⁹ de causa alieno sacerdoti pro beneficio absolucionis sacramentalis¹⁰ obtinendo petens pro complecione ipsius voluntatis¹¹ licenciam sui proprii sacerdotis, et cum hoc non valens
20 ipsam obtinere potest in isto casu ex¹² pura licencia dei illud facere.

Secundo sequitur, quod, sicut peccator volens ex iusta causa

CAP. VI. ^a Corp. iur. can. Decret. Gregor. IX l. V tit. XXXVIII cap. XII: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licenciam prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, quum aliter ipse illum non possit absolvere vel ligare etc. Cp. Corp. iur. can. ed. Richter-Friedberg (Leipzig 1879) P. II, p. 887. The general title of XXXVIII is: De Poenitentiis et Remissionibus*

² et p. c. ACα om. β, but add. in mar. by β² ³ remissionibus Aβ remis-
sis cap. Cα ⁴ si q. a. a. s. v. i. d. c. s. c. p. Cα si q. i. d. c. a. s. v. s. p. c. Aβ
⁵ cum Cα, β² add. above the line vel Aβ ⁶ sua ACβ om. α ⁷ obtineat Cαβ
optimeat A ⁸ in β there is an erasure above quod ⁹ iusta Cα, β (here a
correction has taken place (β²) ista A ¹⁰ ab. sa. Cα sa. ab. Aβ ¹¹ vol.
ACβ om. α ¹² ex has undergone a correction by β²

confiteri alieno sacerdoti pro beneficio sacramentalis¹³ absolucionis obtinendo, non debet contempnere petere licenciam proprii sacerdotis pro obtentu ipsius licencie ad hoc. Sic¹⁴ subditus in religione privata, volens ex iusta causa variare in ritibus religionis pro debita execucione religionis communis, non debet contempnere petere 5 licenciam sui prelati sub deo pro obtentu ipsius licencie¹⁵ ad ipsam variacionem faciendam.

Tercio sequitur, quod, licet non sit de necessitate salutis, cuilibet fidei discreto peccanti mortaliter, quod confiteatur ore semel in anno proprio sacerdoti sub deo vel eius vicem ordinariam ge- 10 renti omne peccatum suum mortale pro beneficio sacramentalis absolucionis obtinendo, vel quod recipiat in paschate eucharistiam, tamen est de necessitate salutis cuilibet huiusmodi¹⁶ fidei,¹⁷ quod non contempnat finaliter confiteri ore semel in anno proprio suo sacerdoti sub deo vel vicem eius¹⁸ ordinariam gerenti omne pec- 15 catum mortale suum pro beneficio absolucionis sacramentalis obtinendo,¹⁹ vel recipere in paschate²⁰ eucharistiam.

Patet prima pars²¹ per hoc, quod non est de necessitate salutis cuilibet homini fidei, quod non sit mutus vel quod non moriatur in anno illo, quo incipit habere discrecionem ante pascha. 20

Et secunda pars patet²² per hoc, quod est²³ de necessitate salutis cuilibet²⁴ huiusmodi²⁵ fidei, quod non moriatur in aliquo peccato mortali, et finaliter sic contempnere est mori in peccato mortali.

Ex quo patet quarto, quod, quando Augustinus II²⁶ de Visi- 25 tacione Infirmorum sic^b scribit²⁷: non te seducat sompniancium

^b *cp. Aug. Opp. Tom. VI De Visit. Infirm. lib. II cap. IV p. 257 E: non seducat te somniantium illa superstilio, quae in visitando confirmat, quia saluat sacerdote inconulto ad Deum peccatorum confessio*

¹³ sacramentalis $C\alpha\beta$ secularis (?) A ¹⁴ sic $\alpha\beta$ sit (?) AC ¹⁵ licencie $C\alpha\beta$ licencia A ¹⁶ huiusmodi $C\alpha$ homini $A\beta$ ¹⁷ in A is add. in mar.: Nota A^1 ¹⁸ v. e. $C\alpha$ e. v. $A\beta$ ¹⁹ obtin. $C\alpha\beta$ acquirendo A ²⁰ paschate C paschata $A\alpha\beta$ ²¹ Pa. pr. pars $AC\beta$ pr. pars p. α ²² patet $C\alpha$ om. $A\beta$ ²³ est $AC\alpha$ om. β ²⁴ cu. $AC\alpha$ est cu. β ²⁵ huiusmodi $C\alpha$ homini $A\beta$ ²⁶ II $C\alpha\beta$ om. A ²⁷ in A is add. in mar.: Augustinus de confessione A^1 , but this marginal gloss ought to stand a few lines further on, cp. p. 509 l. 10

supersticio illa, que mussitat, quia salvat ad deum peccatorum confessio, sacerdote inconsulto. Non asserit per illa verba, quod est supersticio sompniancium asserere, quod ad deum peccatorum confessio²⁸ non consulens sacerdotem proprium sub deo pro sua satisfaccione sacramentali salvat, licet asserat per illa, quod est supersticio sompniancium asserere, quod ad deum peccatorum confessio contempnens finaliter consulere sacerdotem proprium sub deo pro sua satisfaccione sacramentali salvat.

Ex quo patet quinto, quod verba Augustini super Psalterium,^c quibus sic loquitur ad peccatorem²⁹: si non confessus lates, inconfessus dampnaberis,³⁰ debent intelligi hoc modo: quod si peccator lateat in tenebra superbie contempnens finaliter || confiteri proprio || C fol. 189^a sacerdoti sub deo seu eius vicem ordinariam gerenti, inconfessus dampnabitur.

Sexto patet ex predictis,³¹ quod nemo conteritur de peccato mortali, quod commisit, nisi cum hoc confiteatur deo et ab eo sacramentaliter reconcilietur. Probacio huius stat in hoc, quod nemo sic conteritur, nisi cum hoc confiteatur mente deo et voluntarie suscipiat ab eo onus ad faciendum et paciendum, quidquid deus vlt, quod faciat vel paciatur in hoc mundo vel alio, tamquam penitentiam integram satisfaccionis sacramentantem³² perfecte penitentiam satisfaccionis Christi. Et cum omnis huiusmodi³³ susceptio sit perfecta sacramentalis reconciliacio, sequitur conclusio.

Ex quo patet, quod non omnis sacramentalis reconciliacio est

^c cp. August. Opp. Tom. IV Enarr. in Psalm. LXVI p. 660, F: quid timetis confiteri et in confessione vestra cantare canticum novum cum omni terra, in omni terra, in pace catholica confiteri times, Deus ne confessum damnet? Si non confessus lates, confessus dampnaberis (with ref. to this there is a note below: Editi non confessus dampnaberis. Expunge non, quod abest a MSS). Times confiteri, qui non confitendo esse non potes occultus: dampnaberis tacitus, quia posses liberari confessus

²⁸ confessio ACβ om. α ²⁹ in A is add. above col. 264^d: De confessione Augustini A¹ ³⁰ dampnaberis ACα dampnaberis β ³¹ predictis C, α here pre has later been add. dictis Aβ ³² sacramentantem Cα sacramentalem Aβ ³³ huiusmodi ACα huius β, but corr. into huiusmodi by β²

denunciatio,³⁴ qua contritus denunciatur³⁵ esse realiter absolutus a deo, cum aliqua huiusmodi sit voluntaria suscepcio satisfaccionis integre tamquam sacramenti perfecti satisfaccionis Cristi, et aliqua est suscepcio satisfaccionis partialis tamquam sacramenti imperfecti satisfaccionis Cristi; quorum sacramentum primum suscipit penitens a 5 deo et secundum a sacerdote sub deo, qui propter suam ignoranciam non valet ministrare penitenti integram satisfaccionem tamquam perfectum sacramentum penitencie sive³⁶ satisfaccionis Cristi.

CAP. VII.

Ex quo videtur, quod sicut deus propter defectum sciencie in papa non constituit vicarium suum papam¹ ad ministrandum 10 penitenti periodum integri sacramenti penitencie, sic propter² eundem defectum non constituit eum vicarium suum ad remittendum ipsi³ penitenti partem ipsius periodi, et per consequens non constituit eum vicarium suum ad remittendum penitenti⁴ periodum pene purgatorii⁵ alterius mundi, cum periodus pene⁶ purgatorie 15 alterius mundi sit periodus magne partis integri sacramenti penitencie sive satisfaccionis Cristi, licet constituat eum servum suum ad merendum sibi et aliis penitentibus abbreviacionem pene purgatorie alterius mundi.

Cum enim papa, quem quidam vocant catholice subpapam²⁰ propter appropriacionem istorum nominum: 'papa', 'dominus', 'rex', 'magister', 'caput', 'summus pontifex' et similibus⁷ Cristi,⁸ quam secundum eos Cristus fecit in nova lege, dum sic dixit discipulis suis Matth.⁹ 23¹⁰ a: vos autem nolite vocari¹¹ rabbi, non debet

CAP. VII. a v. 8

³⁴ denunciatio ACβ de necessario α ³⁵ denunciatur ACβ deneccatur α ³⁶ sive Cα om. Aβ

CAP. VII. ¹ vic. su. pa. Cα pa. vi. su. β vi. su. A ² propter Cαβ per A ³ ipsi Cα om. Aβ ⁴ partem ips. p., et p. c. n. c. e. v. s. ad r. p. ACα om. β, but add. later above the col. by β² ⁵ purgatorii ACβ purgatorie α ⁶ pene Cαβ om. A ⁷ similibus Cβ similibus α similitudinem A ⁸ Cristi ACα Cristo β ⁹ Mt. ACα Mr. β ¹⁰ 23 α om. A (there is a blank space left for the number), Cβ ¹¹ vocari ACα,β² in mar. om. β

facere indulgencias hominibus de penitencia huiusmodi,¹² terminando¹³ secundum suam¹⁴ ignoranciam ante mortem eorum penitenciam, quam debent facere in hoc mundo, a pari vel a¹⁵ forciori non debet facere indulgencias hominibus de penitencia alterius mundi, terminando secundum suam ignoranciam ante¹⁶ terminum a deo constitutum penitenciam, quam debent facere in futuro mundo. Nec ex hac sententia sequitur, quod deus non posset constituere papam vicarium suum ad ministrandum penitenti periodum integri sacramenti penitencie ad remittendum ei¹⁷ illam et partes eius, licet ex dicta sententia sequatur, quod deus non posset sic constituere papam vicarium suum, nisi cum hoc conferret¹⁸ sibi noticiam ad cognoscendum suam voluntatem in hiis punctis et¹⁹ ad denunciandum²⁰ conformiter ipsi voluntati.

Ex quo patet, quod papa habet potestatem, cum qua posset, habita sufficienti || noticia ministrare penitenti²¹ periodum integri || *C fol. 189b* sacramenti penitencie et remittere ei illam, licet non habeat potestatem, cum qua debet facere huiusmodi ministracionem, dum huiusmodi noticia sibi deest.

Ex quo sequitur ulterius, quod verba paparum, quibus videntur²² remittere sive indulgere certos annos satisfaccionis post²³ hanc vitam omnibus vere contritis et confessis, qui tale opus meritorium vel tale faciunt,²⁴ intelligi debent²⁵ de reputativa²⁶ remissione et non de certa remissione, de qua²⁷ per ante^b locutum est, dum²⁸ dicitur, quod deus²⁹ non constituit papam vicarium suum ad remittendum, scilicet³⁰ certa remissione penitenti periodum integri sacramenti penitencie.

^b cp. above cap. VII p. 510

¹² huiusmodi $C\alpha$ huius mundi $A\beta$ ¹³ terminando $C\alpha\beta$ terminando A ¹⁴ suam $\alpha\beta$ quam AC ¹⁵ a $AC\alpha$ om. β , but add. into the text by β^2 ¹⁶ ante $A\beta$ aut $C\alpha$ ¹⁷ ei has undergone a correction in β ¹⁸ conferret $AC\alpha$ conferret β ¹⁹ et $C\alpha, \beta$ but here ud. by β^2 om. A ²⁰ denunciandum $A\beta$ denecessitandum (?) $C\alpha$ ²¹ min. pen. $C\alpha\beta$ om. A ²² videntur β om. $AC\alpha$ ²³ post $C\alpha, \beta$ here corr. from patet by the text and patet A ²⁴ faciunt $AC\alpha$ facere β , cr. out by β^2 , and faciunt is corr. into the text by β^2 ²⁵ debent $A\beta$ debet $C\alpha$ ²⁶ reputativa $C\beta$ representativa (?) A reputacoetiva (coe ud. — the scribe was going to write reputacione) α ²⁷ qua $C\alpha\beta$ quibus A ²⁸ dum $AC\beta$ cum α ²⁹ deus α om. $AC\beta$ ³⁰ scilicet AC sed $\alpha\beta$

Nec obviat huic sentencie, sed consonat cum ea, quod³¹ in homine discreto, dum hic vivit, est duplex penitencia,³² scilicet spiritualis, que consistit in odio peccati, quam Cristus ministravit adultere, de qua Ioh. 8,^c et corporalis penitencia, que consistit in ieiunio et³³ oracione et elemosina, que prudenter a sacerdote ministrantur, dum ministrantur³⁴ in ea mensura penitenti, qua debent iuvare odium eius ad destruendum peccata carnalia, dyabolica et mundana.

Septimo patet ex dictis, quod non quilibet sacerdos contritus de quolibet peccato suo mortali, quod commisit, nondum sacramentaliter reconciliatus, a sacerdote sub Cristo debet sub pena peccati mortalis recipere beneficium huiusmodi sacramentalis absolucionis, antequam³⁵ celebret³⁶ vel comedat eucharistiam,³⁷ licet quilibet huiusmodi sacerdos debet sub pena peccati mortalis non contempnere recipere beneficium huiusmodi sacramentalis absolucionis,¹⁵ antequam celebret vel comedat eucharistiam.

Secunda pars huius satis claret, et prima videtur clarere per hoc, quod tunc eque necessaria esset sacramentalis absolutio sacerdotis sub Cristo a crimine occulto pro baptizato³⁸ peccatore contrito ad digne comedendum eucharistiam, sicut est sacramentalis absolutio²⁰ Christi, a crimine occulto pro baptizato peccatore contrito ad digne comedendum³⁹ eucharistiam,⁴⁰ quod esset nimis⁴¹ onerosum fidelibus, et specialiter curatis ruralibus, quibus deficit frequenter copia sacerdotum habilium, a quibus prudenter valent⁴² huiusmodi absolucionem accipere.

Octavo patet, quod licet fratres admissi ab episcopis iuxta cap.^d: 'Dudum', possent⁴³ libere ministrare parochianis⁴⁴ ipsorum

^c v. 11 ^d cp. Corp. iur. canon Decr. p. II C. XVIII qu. II cap. XXV p. 837: qui in sacro sunt ordine constituti in monasteriis

³¹ quod $AC\alpha$ que β ³² in C is add. in mar.: Duplex penitencia C^1 in β in mar.: Penitencia est duplex, scilicet spiritualis et corporalis β^3 ³³ et $C\alpha$ om. $A\beta$ ³⁴ dum min. $C\alpha$ om. $A\beta$ ³⁵ antequam $C\alpha\beta$ anquam A (compend. om.) ³⁶ celebret $C\alpha\beta$ celebrat A ³⁷ in A is add. in mar.: Nota A^1 ³⁸ baptizato $C\alpha,\beta$ (here corr. from -ta) baptisata A ³⁹ comedendum $C\alpha$ manducandum A om. β ⁴⁰ sicut est sacr. — com. eucharist. $AC\alpha$ om. β ⁴¹ nimis $C\alpha\beta$ minus A ⁴² valent $C\alpha\beta$ valet(?) A ⁴³ possent $AC\alpha$ possint β ⁴⁴ parochianis $\alpha\beta$ parachianis AC

episcoporum beneficium absolucionis sacramentalis, quod⁴⁵ tenentur, si valent, recipere semel in anno iuxta cap.^e: 'Omnis utriusque',⁴⁶ cum ipsi parochiani volentes recipere ipsum beneficium ab eis non debent contempnere ipsum⁴⁷ ab eis⁴⁸ ex precedente licencia petita et obtenta⁴⁹ suorum priorum curatorum.

Probat autem istud⁵⁰ satis diffuse dominus Armacanus⁵¹ in tractatu suo de ista materia contra errores fratrum per multa exempla, quorum unum est tale: fratres habent privilegium, quod possunt in suis locis libere predicare quibuscunque volentibus⁵² accedere ad eorum sermones et tamen cum toto isto privilegio nec Carthusienses nec Moniales^{f 53} volentes accedere ad eorum sermones debent contempnere facere ipsum accessum ex precedente licencia petita et obtenta⁵⁴ suorum superiorum. Sic in proposito licet fratres habeant tale || privilegium, quod possunt libere mini- || C fol. 190^a
strare etc., tamen⁵⁵ ipsi parochiani volentes recipere ipsum beneficium ab eis non debent propter obligacionem eorum ad servandum cap.^e: 'Omnis utriusque' contempnere recipere ipsum⁵⁶ ab eis ex⁵⁷ precedente licencia petita et obtenta⁵⁸ suorum priorum curatorum.

CAP. VIII.

20 Octavo arguit sic: religio privata est essencialiter perfectior, meritorior et securior quam status secularis, quod non foret verum,

nullam habeant potestatem. Dudum ad nos multorum relatione pervenerat etc. Hortamur ergo, ut omni mora omnique excusatione summtota ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis gravamine relevare, quantum nullam deinceps in eis clerici vel qui in sacro ordine sunt constituti ob aliud (nisi hortandi tantum modo causa) accedendi habeant licenciam, aut si forte ad peragenda sacra missarum fuerint invitati misteria etc. e cp. above cap. VI note a f i. e. the Sanctimoniales, cp. above p. 284 note e

⁴⁵ quod $C\alpha\beta$ quo A ⁴⁶ ut. $AC\alpha$ ut. sexus β ⁴⁷ ips. $C\alpha\beta$ recipere
 ips. A ⁴⁸ non deb. c. i. ab e. $AC\alpha$ om. β ⁴⁹ obtenta β abtenta A optenta $C\alpha$
⁵⁰ istud $C\alpha$ hoc $A\beta$ ⁵¹ Armacanus α Armocanus $AC\beta$ ⁵² volentibus $C\alpha$
 volentes A, β (?) ⁵³ Moniales $A\alpha\beta$ Momales C ⁵⁴ obtenta β abtenta A
 optenta $C\alpha$ (cp. note 49) ⁵⁵ tamen $C\alpha\beta$ cum A ⁵⁶ ipsum $AC\beta$ om. α
⁵⁷ ex $AC\alpha$ om. β ⁵⁸ obtenta $AC\beta$ optenta α (cp. nn. 49 and 54)

nisi secundum omnem suam condicionem essencialem foret laudabilis, ergo sic est.

Consequenciam dicit patere, et assumptum sic arguit: status claustralis est essencialiter perfeccior, securior et meritorior¹ quam status secularis eo, quod ex approbacione sancte matris ecclesie et² 5 informacione sanctorum doctorum a tempore incepcionis status claustralis usque modo seculares³ propter maiorem perfeccionem essencialem et maius meritum acquirendum ad statum claustralem tamquam ad statum supererogacionis essencialem plus perfectum⁴ confluxerunt. Et cum⁵ omnis status claustralis sit religio privata, se- 10- quitur, ut dicit, assumptum probandum.

Hic dicitur negando, quod religio privata est essencialiter perfeccior, meritorior et securior quam status secularis, et ad probacionem cum⁶ sic arguitur⁷: status claustralis est essencialiter perfeccior, meritorior et securior quam status secularis, dicitur eciam hoc ne- 15 gando nec probat⁸ hoc propositio ipsa, que pro⁹ eius probacione assumitur, et ratio est,¹⁰ quia duo sunt status seculares, unus imperfectorum et alius perfectorum.¹¹ Unde licet seculares, qui sunt in primo statu laudabiliter, confluunt ad statum claustralem perfectorum tamquam ad statum supererogacionis essencialem plus¹² perfectum, non tamen ex hoc sequitur, quod seculares, qui sunt in secundo statu perfectorum, scilicet¹² laudabiliter confluunt ad statum claustralem perfectorum tamquam¹³ ad statum supererogacionis essencialem plus perfectum, quamvis quandoque¹⁴ laudabiliter confluunt ad ipsum tamquam ad statum supererogacionis plus¹⁵ accidentaliter perfectum,¹⁵ sicut e contra quandoque laudabiliter

CAP. VIII. ¹ s. et m. Ca m. et s. Aβ ² et Caβ om. A ³ sec. in β a corr. word ⁴ ess. pl. pe. C pl. ess. p. a pl. per. ess. plus perfectum A pl. pe. ess. β ⁵ cum ACa tamen β, but cr. out by β³ and above it cum β³ ⁶ cum Ca eius cum Aβ ⁷ arguitur Ca arguit Aβ in C is add. in mar.: Responso C¹ ⁸ eciam hoc neg. nec prob. Ca ec. quod neg. hoc prob. A eciam quod (quod corr. into the text by β²) hoc negando non (non cr. out by β²) probat β ⁹ pro a in β om. AC ¹⁰ est Ca om. Aβ ¹¹ in β in mar.: Seculares status sunt duo β³ ¹² scilicet C om. Aαβ ¹³ laudab. confl. ad st. c. p. tamquam ACβ tamquam a (therefore laud. etc. — perf. om.) ¹⁴ quandoque Caβ om. A ¹⁵ pl. acc. perf. Ca (cp. note 4) acc. pl. pe. A accidentaliter (ad.) pl. p. β

confluunt claustrales ad statum secularem perfectorum tamquam ad statum supererogacionis accidentaliter plus perfectum, que per accidens perfectio quandoque contingit ratione honestioris societatis vel prelati melius regentis aut alterius consimilis causa.

5 Ex quo patet, quod cristianus observans perfectionem ewangelii extra claustrum corporale non dicitur secularis, quia vivit essentialiter imperfeccius¹⁶ cristiano observante perfectionem ewangelii in claustro, sed huiusmodi cristianus¹⁷ dicitur secularis, quia exclaustraliter, ad quem sensum fuerunt Cristus et sui apostoli cum aliis
10 perfecte eos imitantibus¹⁸ seculares. Nec contrariatur huic sentencie dictum Augustini^a positum in Canone 12, qu. 1, cap.: 'Certe',^b in quo vocat clericos seculares claudos, quia in ipso dicto non vocat eos claudos, quia sunt in statu essentialiter imperfecciori,¹⁹ quam est status claustralium, sed quia in diebus suis ut communiter non
15 excellenter perfecte observabant²⁰ perfectionem ewangelii.

Secundo patet, quod nullus ingressus || in statum claustralem || C fol. 190 b
perfectorum preponi debet in perfectione essentiali cuicunque alteri satisfaccioni, cum non debet sic preponi satisfaccioni facte pro ingressu²¹ in statum secularem perfectorum.

20 Tercio patet, quod status secularis perfectorum eque vel excellentius habet hanc prerogativam, ut secundum baptisma nuncupetur, sicut ipsam habet status claustralis perfectorum.

CAP. VIII. ^a August. in serm. II de communi Vita Clericorum. (Opp., tom. V, Serm. CCCLVI p. 1384) ^b Corp. iur. can. Decret. p. II C. XII qu. 1 cap. XVIII p. 683: Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. — Certe ego sum, qui statueram, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere, ut si vellet a proposito discedere, recte illi tollerem clericatum. Ecce in conspectu Dei et vestro muto consilium. Qui volunt aliquid habere proprium, quibus non sufficit Deus et ecclesia eius, maneat, ubi volunt et ubi possunt, non eis aufero clericatum, nolo habere ypocritas. Malum esse quis nesciat? Malum est cadere a proposito, sed peius est simulare propositum.

¹⁶ imperfeccius ACα imperfeccius β, but in cr. out, above it again im β³
¹⁷ crist. Cαβ secl. (ud.) crist. A ¹⁸ imitantibus Cα sequentes Aβ ¹⁹ imperf. ACβ perfecciori α ²⁰ observabant Cαβ abservabant A, cp. cap. VII
nn. 49, 54 and 58 ²¹ pro ingressu ACα per ingressum β

Quarto patet, quod secularis servans ex voto facto suo episcopo seu²² ex voto facto pure deo perfectionem ewangelii, consistentem in paupertate, castitate et obediencia potest esse ut huiusmodi, ita perfectus religiosus, sicut est vel umquam fuit aliquis²³ claustralis vel perfectior, teste beato²⁴ Augustino in epistola ad 5 Cives Hipponenses, ubi sic scribit: deum, inquit, contestor, quod, ex quo deo servire inceperam, vix inveni meliorem aliquem²⁵ quam in claustro, sed absque dubio inveni²⁶ peiorem.

Quinto patet, quod sicut est religio privata claustralis perfectorum, sic est vel potest esse religio privata²⁷ secularis sive ex-10 claustralis perfectorum. Et a pari est vel potest esse religio privata, tam²⁸ claustralis, quam exclaustralis imperfectorum.

Sexto patet, quod sicut sancti, qui instituerunt vel servaverunt religiones privatas, penituerunt perfecte ante mortem suam corporalem de omnibus peccatis suis magnis vel parvis, que umquam 15 commiserunt,²⁹ sic in illa penitencia et in tempore ipsius penitencie deseruerunt religiones suas privatas secundum rationem illam, qua sunt posite extra mensuram illam, qua facilitant ad observanciam communis perfectionis ewangelice.

Septimo patet, quod in religione pure ewangelica est communis 20 religio perfectorum, que est³⁰ religio pure ewangelica, observans ut huiusmodi communia mandata dei et consilia eius perfectis consulta, cuiusmodi est consilium de virginitate cum sibi similibus. — In eadem est eciam³¹ communis religio imperfectorum, que est religio pure ewangelica, observans ut huiusmodi communia man-25 data dei et consilia eius imperfectis consulta,³² cuiusmodi est consilium de matrimonio cum³³ sibi similibus.³⁴ — Tercio in eadem est communissima religio cristianorum observans ut³⁵ huiusmodi

^c cp. Augustini Opp. (edit. of the Bened.), tom. II Ep. LXXVIII 186

²² seu $C\alpha$ vel $A\beta$ ²³ aliquis $AC\alpha$ aliqualis β ²⁴ beato $AC\beta$ om. α
²⁵ aliquem $AC\alpha$ aliquam β ²⁶ inv. AC non inv. $\alpha\beta$ ²⁷ pr. $AC\beta$ om. α
²⁸ tam $C\alpha\beta$ tamquam A ²⁹ comiserunt $AC\beta$ comiserant α ³⁰ est $AC\alpha$
om. β , but add. later into the text by β ² ³¹ est ec. $C\alpha$ ec. est $A\beta$ ³² consulta $\alpha\beta$ inconsulta AC ³³ cum $\alpha\beta$ et AC ³⁴ similibus $AC\alpha$ consimilibus β ³⁵ ut $C\alpha\beta$ om. A

communia mandata dei,³⁶ ad que servanda omnes homines obligantur. — Et quarto in eadem sunt quotquot religiones particulares tam perfectorum quam imperfectorum observantes ut huiusmodi ultra mandata dei et eius communia consilia particularia consilia
 5 eius, cuiusmodi sunt³⁷ consilium de surgendo media nocte ad laudandum deum cum sibi similibus quasi infinitis, per que videre potest fidelis cristianus, quod, licet religio particularis pure ewangelica et religio privata convenient in multis ritibus, quoad³⁸ eorum substantias, tamen cum hoc³⁹ discrepant in eisdem, quoad men-
 10 suras, in quibus statuuntur, ut claret ex primis dictis. Unde propter istam discrepanciam dicunt quidam vere, quod religio privata ex hoc dicitur privata,⁴⁰ quod secundum aliquam eius rationem privatur laudabili fundamento in scriptura sacra. De qua scriptura II de Doctrina
 — Cristiana sic commendabiliter loquitur beatus Augustinus^d: quid-
 15 quid, inquit, homo extra divinarum scripturarum scienciam didicerit, si noxium est illi,⁴¹ dampnatur, || si utile est illi, invenitur, et cum || C fol. 191^a
 ibi quisque invenerit omnia, que alibi utiliter didicit,⁴² multo habundancius inveniet ea, que nusquam omnino alibi, sed in⁴³ illarum scripturarum tantum⁴⁴ mirabili altitudine et mirabili humilitate dis-
 20 cuntur.

Ex quibus omnibus⁴⁵ supradictis patet, quod, sicut non⁴⁶ quicumque approbatas vitas⁴⁷ Petri et Pauli reprobant,⁴⁸ ipsos et eorum vitam atque doctrinam dampnabiliter⁴⁹ blasphemant eo, quod deus et omnes⁵⁰ in celo beati reprobant⁵¹ eorum approbatas vitas non

^d cp. August. Opp. tom. III, De Doctr. christ. lib. II cap. XLII p. 44, C: . . . si divinarum scripturarum scientiae comparetur. Nam quidquid homo extra illam didicerit, si noxium est, ibi damnatur, si utile, ibi invenietur. Et cum ibi quisque invenerit omnia, quae utiliter alibi didicit, multo abundancius ibi inveniet ea, quae nusquam omnino alibi discuntur

³⁶ c. m. d. C α m. d. c. A β ³⁷ sunt C α est A β ³⁸ quoad AC α quot ad β , but corr. into quoad ³⁹ hoc C α β hac A ⁴⁰ in β is add. in mar.: Religio privata cur dicitur privata β ³ ⁴¹ illi AC α ibi β ², corr. from illi which stood first ⁴² didicit AC β didicerit α ⁴³ in C α om. A β ⁴⁴ scr. ta. C α ta. scr. A β ⁴⁵ omnibus AC β omnia α ⁴⁶ non AC β om. α ⁴⁷ vitas AC β om. α ⁴⁸ in A is add. in mar.: Reprobat A² ⁴⁹ damp. C α β laudabiliter (cr. out) dampn. A ⁵⁰ omnes α β , (a corr. word) omnis AC ⁵¹ reprobant C α β reprobat A

secundum rationem, qua sunt laudabiles, sed secundum rationem, qua sunt culpabiles —, sic non, quicumque aliquas religiones privatas approbatas vel eorum institutores ex hoc opere⁵² reprobat, sanctos dei et eorum vitam atque doctrinam dampnabiliter blasphemat, cum deus et omnes⁵³ in celo beati reprobant ipsas religiones et earum institutores,⁵⁴ non secundum rationem, qua⁵⁵ sunt laudabiles, sed secundum rationem, qua⁵⁶ sunt culpabiles. 5

Et patet in parte declaracio istius materie cum responsione fideli ad argumenta reverendi monachi etc.⁵⁶

⁵² ex h. op. $C\alpha\beta$ om. A ⁵³ omnes β omnis $AC\alpha$, cp. n. 50 ⁵⁴ institutores $C\alpha\beta$ institores A ⁵⁵ qua in β corr. from quia ⁵⁶ monachi etc. C mon. supradicti $A\alpha$ mon. supradicti etc. β , here supradicti is corr. from supradicta without *Expl.* in all the codd. in C follows: De gradibus cleri eccl. in A : Epist. de octo questionibus pulcris. Inc. Amice preclare, ex scripturis vestris concipio etc. in β the following line — there is no Title or Incipit — begins thus: Restat ulterius ponere aliud principium, it is de ninth book of Wiclif's *Summa* with the separate title: *De Apostasia*.

XX.

DE RELIGIONE PRIVATA.

TRACTATUS ALTER.

DE RELIGIONE PRIVATA II.

I. Division.

- I. *Introduction: General argument against private religions, chap. I.*
II. *Refutation of the theses, put forward by the 'dominus', chap. II—IV.*

II. Summary of Contents.

Chap. I. *Thesis: Is the institution of monastical Orders (the religio privata) a divine, good work? p. 524. — It is not, otherwise Christ would (1) have instituted them in the Gospel, and (2) would not have sent His disciples among the nations, but would have shut them up in the walls of a monastery, p. 524. Christ, therefore, ought not to be taken as an authority for the matter in question, neither as to the number (— here the 12 disciples are compared with the many thousands of monks), nor as to the life of the Orders, whose pernicious traditions are often contrary to the simple preaching of the Word of God, p. 525—526. It is therefore wrong to entice young men into the Orders, for no spiritual grace, moral virtue or genuine piety is acquired by the admission into them, p. 526—527.*

Chap. II. *Not the Orders, but the general christian religion ought to be favoured, p. 527. Definition of the latter, p. 527. The assertion domini cuiusdam, (1) that the general religion of Christ takes only the mandata (not the consilia) of Christ as a rule of life, is wrong, p. 527—528; for he who loves God with all his heart, also fulfils the consilia (i. e. the three known monastical vows), p. 529. Likewise wrong is his opinion, that private religions as such oblige their members to fulfil not only the mandata, but also the consilia, and eventually also the precepta of the holy Fathers. This is refuted by the Author, p. 529—530.*

Chap. III. As a reason for the necessity of private religions some assert, (1) that they serve God in a nobler manner, and are, therefore, more perfect, than the ordinary members of Christ, p. 531. For (a) it is said, that the consilia are their rule, p. 531; (b) that Christ with his 12 disciples was a member of them, p. 531 and (c) that there is no specific difference between the several single Orders, p. 531. — All this is wrong; for as to the first, its members are entangled in worldly affairs, therefore their service is false, p. 531—532; as to (b): Christ has founded only the general religion, as His words clearly show, p. 533. As to (c): there are differences in the very principles: rich and poor orders, secular and monastical clergy etc., p. 533.

Chap. VI. In the second place it is asserted that for members of the Order it is easier to be saved. — Answer: by buying the canonisation nobody will be saved, p. 534. Thirdly it is said, that the obstacles to being saved are more easily removed within the Orders. — Answer: if this be true, then the founders of the Orders were more prudent than Christ the Lord Himself, p. 534—535. Cut and colour of the habit, eating, drinking, caps and other worldly peculiarities of the Order (breeding of swine etc.) are of no advantage for eternal life, p. 535.

From all these reasons the theses of the dominus are to be repudiated, p. 536.

III. Date of Composition.

The Tract is without any chronological evidence. Once there is a hint at the Pope as refuga p. 535 l. 8; by this term, either Urban VI., who fled to Naples 1383 from Rome, cp. Ypod. Neust. 338, or Clement VII. is meant, who in 1379 took refuge in France before the followers of Urban, cp. Walsingh., H. A. I, 393. From the whole tone of the Tract, I am inclined to fix it in the last two or three years of W.'s life.

IV. Genuineness.

External evidence:

- (1) cod. D, *Incipit*, see p. 524.
- (2) Denis, *Cod. MS. Theol. II*, 1471; 1502 (?).
- (3) Shirley, *Catal. No. 82* p. 27.
- (4) Lechler, *J. v. W. II*, 567.

Internal evidence:

(1) *ep. above General Introduction V, e*¹.

(2) *ep. cap. I. note a; II, a; III, b; c; IV, b; d.*

V. *Unprinted heretofore.*

VI. *Extant in*

*cod. 4527 = C fol. 226^b—229^b } C¹ = Corrector, thin hand
C² = Corrector*

*cod. 3930 = D fol. 197^d—202^a } D¹ = Glosser
D² = Corrector
D³ = thick hand (empcio)*

both being in the Imper. Libr. at Vienna;

*cod. X. E. 9. = α fol. 202^a—206^a α¹ = Glosser
the latter in the Univ.-Library at Prague.*

VII. The Manuscripts.

Only after having formed my text on the basis of *cod. α*, I had access in Vienna for a short time to the codices *C* and *D*, which I then collated. I was thus not able to undertake a critical examination of all three codices, and have printed the present text on the basis of all three Manuscripts, without giving preference to any.

I believe, however, to judge from a cursory glance, that *C* and *D* are in some way related to each other; with ref. to this, *ep. besides the large consensus of both, in particular the following readings, cap. I, 12; 19; 20; III, 2, also IV, 15. The Text of D is more corrupted than that of C. C and α appear to me of equal value. — Characteristic for both is the monstrous form uach cap. IV, p. 535 l. 17, which either indicates a common original for C and α, or that C is derived from α. — As to the orthography, it is curious that the scribe of C in this Tract as a rule writes ti instead of the general ci (distinctionem, consolationem etc.). — C has been corrected by two hands. In D there are the corrections, or additions of three hands to be noticed; here the text is in a large degree adorned with red commas.*

¹ What I have said with ref. to this point above (see *De Rel. Priv. I* p. 486 ff.) against the genuineness of the latter Tract, may be, in general, adduced in favour of the present Treatise. I am rather inclined to suppose that from the genuineness of this so called Second Part of *De Religione Privata*, Shirley and others have concluded the genuineness also of the first part the matter of which curiously is in no way connected with the present Tract.

JOHANNIS WICLIF

DE RELIGIONE PRIVATA¹

II.

CAP. I.

α fol. 202^a
lin. 23

Utrum religio privata² sit datum optimum, descendens a patre
luminum, | per quod anima fidelis disponitur, ut salvetur.

Et videtur, quod non,³ | quia tunc exprimeretur in aliquo
verbo ewangelico, quod aliquid contineat omnem veritatem.^a Sed
cum deus necessario agit ad extra secundum capacitatem subiecti, 5

||

in sanctis prioribus magis capacibus religionem istam insereret, quod
tamen non fecit. Patet, quod preter patrem luminum religiositas
ista habuit aliam⁴ originem. Non enim in toto ewangelio fundatur
tacite vel expresse,⁵ nisi loquar yronice, ut Matth. ultimo^b: ite,
docete omnes gentes. Voluit enim Cristus, quod quando eius dis- 10
cipuli erant plene instructi, non incarcerarentur claustraliter inter
|| α fol. 202^b parietes, sed irent in orbem universum || ad ewangelice prodessen-
dum ecclesie, nec haberent ad proprium claustrum reditum, cum
Cristus non habuit vel suum tugurium.

